

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Accusationis in C. Verrem liber IIII.Oratio VII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

In L. Verrem. Fo. XXXV.

em me tua solū, & iudicū auctoritas, sed etiā annulus aureus scribē tui deterreret. Nō dicam id qđ pbare difficile est: hoc dicā, qđ ostēdā, multos ex te viros primarios atdidisse, cū diceres ignosci tibi oportere, qđ falsum codicē ptuleris. Nā qua inuidia C. Iunius cōflagrarit, ea nisi prouidisses, tibi ipsi tum peundū fuisset. Hoc modo iste sibi, & saluti suę pspicere didicit, referēdo in tabulas & priuatas & publicas qđ gestū nō esset, tollendo qđ esset, & semp aliquid demendo, mutādo, curādo ne litura appareat, interpolando. Eo em vsq; pggreditur, vt ne defensionē qđ maleficioꝝ suoru sine aliis maleficiis reperire possit. Eiusdē modi sortitionē homo amētissimus suoz quoq; iudicū fore putauit, per sodalē suū Q. Curtiū Iudicem quęstionis: cui nisi ego vi populū, & hominū clamore, atq; cōuitio restituissem, ex hac decuria nostra, cuius mihi copiam qlargissime factam oportebat, erepta esset facultas eorum, quos iste auauerat, in suū consilium sine causa subfortiebatur.

Defideratur quippiam,

ACCVSATIONIS IN C. VERREM LIBER. III. ORATIO. VII.



MVLTA mihi necessario Iudices pratermittenda sunt, vt possim aliquo modo aliquando de his rebus, quę meę fidei cōmissę sunt, dicere. Recepti em causam Sicilię: ea me ad hoc negotiū prouincia attraxit. Ego tamē hoc onere suscepto, & recepta causa Siciliensī, amplexus animo sum aliquāto amplius. Suscepi. n. causam totius ordinis, suscepi causam populū Ro. qđ putabā tum deniq; recte iudicari posse, si non modo reus improbus adduceretur, sed etiam diligens, & firmus accusator ad iudiciū veniret. Quo mihi maturius ad Sicilię causam veniendū est, relictis ceteris eius furtis, ac flagitiis, vt & viribus q̄integerrimis agere, & ad dicēdū temporis satis habere possim.

Atq; adeo anteq̄ de incōmodis Sicilię dico, pauca mihi vidētur esse de prouincię dignitate, vetustate, vtilitate, dicenda. Nā cum omniū sociorum prouinciarūq; rationem diligēter habere deberis, tum precipue Sicilię Iudices, plurimis, iustissimisq; de causis. Primū qđ omnium nationū exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam fidemq; populū Ro. applicuit: prima omnium, id qđ ornamētum imperii est, prouincia est appellata: prima docuit maiores nostros, qđ preclarū esset exteris gētib; imperare: sola fuit ea fide, beneuolētiq; erga populum Romanum, vt ciuitates eius insule, quę semel in amicitiam nostram venissent, nunq; postea deficerent: pleręq; autē, & maxime illustres in amicitia perpetuo manerēt. Itaq; maioribus in Africam ex hac prouincia gradus imperii factus est. Neq; em tam facile opes Carthaginis tantę concidissent, nisi illud, & rei frumentarię subsidiū, & receptaculum classibus nostris pateret. Quare P. Africanus Carthaginē deleta, Siculorū vrbes signis, monimētisq; pulcherrimis exornauit, vt quos victoria populū Ro. maxime letari arbitrabatur, apud eos monimēta vīctorię plurima collocaret. Deniq; ille ipse M. Marcellus, cuius in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi, fidē ceteri Siculi perspexerunt, nō solum sociis in eo bello consuluit, verū etiam superatis hostibus rēperauit: urbem pulcherrimā Syracusas, quę cum manu munitissima esset, tum loci natura terra, ac mari claudebatur, cū vi consilioq; cepisset, nō solum incolumē passus est esse, sed ita reliquit ornatā, vt esset idem monimētū victorię, mansuetudinis, continentię: cum homines viderēt, & quid expugnasset, & quibus pepercisset, & quę reliquisset. tantum ille honorem Sicilię habendum putauit, vt ne hostium quidem urbē ex sociorum insula tollendam arbitraretur. Itaq; ad omnes res Sicilia prouincia semper vsi sumus, vt quicquid ex sese posset efferre, id nō apud eos nasci, sed domi nostrę conditum putaremus. Quando illa frumentum, quod deberet, nō ad diem dedit: quando id qđ opus esse putaret, nō vltro pollicita est: qñ id qđ imperaret, recusauit: Itaq; ille M. Cato sapiēs cellam penariā Reip. nostrę, nutricē plebis Romanę, Siciliā noiauit. Nos vero experti sumus, Italico maximo difficillimoq; bello, Siciliā nobis nō p penaria cella, sed pro erario illo maiorę vere re, ac referto fuisse. Nā sine vilo sūpru. nro, coriis, tunicis, frumētisq; suppeditato, maximos exercit⁹ nostros vestiuit, aluit, armauit. Quid illa: qđ forsitan ne sentim⁹ qđ Iudices, quāta sunt: qđ multis locupletiorib⁹ ſciuib⁹ vtimur, qđ habēt ppinquā, fidelē, fructuosamq; puinciam, quo facile excurrāt, vbi libēter negotiū gerant, quos illa partim mercibus suppeditan-

De iurisdictione, quā secūdū accusationis Cicero ipse vocat in oratore,

Sicilię dignitas,

Catonis de Sicilia sententia. Cella penaria. ſciuitatibus.

Actio. III.

dis cū questu cōpendioq; dimittit: partim retinet, vt arare, vt pascere, vt negotiari libeat, vt deniq; sedes, ac domiciliū collocare. qd cōmodum nō mediocre Po. Ro. est, tātum ciuū Ro. numerū, tā prope ab domo, tā bonis, fructuosiq; rebus, detineri. Et quoniā quasi quedā prædia Po. Ro. sunt, vectigalia nostra, atq; puincie, quēadmodū propinquis vos vestris prædiis maxime delectamini, sic Po. Ro. iucūda suburbanitas est huiusce puincie. Iam vero hominū ipsorū Iudices ea patientia, virtus, frugalitasq; est, vt proxime ad nostrā disciplinā illam veterē, nō hāc, quē nūc increbuit, videantur accedere. nihil ceterorū simile Græcorū, nulla desidia, nulla luxuria: cōtra summus labor in publicis, priuatiscq; reb⁹, summa parsimonia, sūma diligētia. Sic porro nostros hoīes diligunt, vt his solis neq; publicanus, neq; negotiator odio sit. Magistratuū autē nostrorū iniurias ita multorū tulerūt, vt nūq; ante hoc tempus ad arā legum, præsidiiq; vestrū publico consilio cōfugerent. tamen si & illū annū pertulerant, qui sic eos afflixerat, vt salui eē nō possent, nisi C. Marcellus quasi aliquo fato venisset, vt bis ex eadem familia salus Sicilię cōstitueret, postq; M. Antonii infinitū illud imperiū senserant. Sic a maioribus suis acceperāt, tāta Po. Ro. in Siculos esse beneficia, vt etiā iniurias nostrorū hominū perferēdas putarēt. In neminē ciuitates ante hūc testimoniū publice dixerūt. Hūc deniq; ipsum pertulissent, si humano modo, si vsitato more, si deniq; vno aliquo in gñe peccasset. sed cū perferre nō possent luxuriē, crudelitatem, avaritiā, superbiam: cū omnia sua cōmoda, iura, beneficia S. P. Q. Ro. vnus scelere ac libidine perdidissent, hoc statuerūt: aut istius iniurias per vos vlisci, & persequi: aut si vobis indigni essent visi, qb⁹ opem auxiliūq; ferretis, vrbes ac sedes suas relinquerēt: quādoqdē iam ante istius iniuriis exagitatū reliquissent. Hoc consilio a L. Metello legationes vniuersę petierūt, vt q̄primū isti succederet. Hoc animo toties apud patronos de suis miseriis deplorarunt. Hoc commoti dolore postulata cōsulibus, quē nō postulata, sed in istū crimina viderētur esse, ediderunt. Fecerūt etiā, vt me, cuius fidē continentiaq; cognouerāt, prope de vitę meę statu, dolore, ac lachrymis suis deducerent, vt ego istum accusarē, a quo mea longissime ratio volūtasq; abhorrebat. q̄q; in hac causa multo pluris partes mihi defensionis, q̄ accusationis suscepisse videor. Postremo hoīes ex tota puincia nobilissimi, primiq; publice priuatimq; venerūt: grauisima, atq; honestissima quęq; ciuitas vehemētissime suas iniurias psecuta est. At quēadmodū Iudices venerūt: Videor em̄ mihi liberius apud vos iā pro Siculis loqui debere, q̄ forsitan ipsi velint. Saluti. n. eorū potius consulā, q̄ voluntati. Ecquē existimatis vnq; vlla in puincia reū absentē, cōtra inquisitionē accusatoris, tātis opibus, tāta cupiditate esse defensum? Questores vtriusq; puincie, qui isto Prę. fuerāt, cū fascibus mihi præsto fuerūt, hi porro, qui successerūt, vehemēter isti⁹ cupidi, liberaliter ex istius cibariis tractati, nō minus acres contra me fuerūt. Videte qd potuerit, q̄ quattuor in puincia questores studiosissimos defensores, propugnatoresq; habuerit: Prętorē vero, cohortēq; totā sic studiosam, vt facile appareret, nō tā illis Siciliā, quā inanē offenderant, q̄ Verrē ipsum, qui plenus decesserat, puinciam fuisse. Minari Siculis si decressent legationē, quē cōtra istū diceret: minari, si qui essent profecti: aliis si laudarent benignissime promittere: grauisimos priuatarū rerū testes, qbus nos p̄sentibus denūciauimus, eos vi custodiaq; retinere. Quę cū oīa facta sunt, tñ vnā solam scitote esse ciuitatē Mamertinā, quę publice legatos, q̄ istū laudaret, miserit. Eius autē legatiōis principē ciuitatis nobilissimū, C. Heiū iuratū dicere audistis, isti nauē onerariā maximā Messanę esse publice coactis operis edificatam, idēq; Mamertinorū legatus, istius laudator, nō solū istū bona sua, verū etiā sacra, deosq; penates a maioribus traditos ex edibus suis eripuisse dixit. Pręclara laudatio, cū duab⁹ in rebus legatorū vna opera cōsumitur, in laudādo, atq; repetendo. Atq; ea ipsa ciuitas qua ratione illi amica sit, dicetur certo loco. Reperietis. n. q̄ causę beneuolētię sint Mamertinis erga istū, eas ipsas causas satis iustas eē damnatiōis. Alia ciuitas nulla Iudices publico cōsilio laudat: vis illa summi iperii tantū potuit apud p̄paucos hoīes, nō ciuitates, vt aut leuissimi qui dam ex miserimis, desertissimisq; oppidis inuenirētur, q̄ iniussu populi, ac senatus pficissent: aut hi q̄ cōtra istū legatos decreuerāt, & testimoniū publicū, madataq; acceperāt, vi ac metu retinerētur. Qd ego in paucis tamē vsu venisse nō moleste fero, quo reliquę tot, & tāte, & tā graues ciuitates, tota deniq; Sicilia, plus auctoritatis apud vos haberet, cum videretis nulla vi retineri, nullo piculo phiberi posse, quo min⁹ experirent, ecquid apud vos quęrimonię valerēt antiq;simorū, fidelissimorūq; socioꝝ. Nā qd fortasse nō nemo vestrū audierit, istū a Syracusanis publice laudari, id tamen si priore actione ex Heraclii Syracusani testi

monio cuiusmodi eēt cognouistis, tñ vobis alio loco, vt se tota res habeat, qđ ad eā ciuitatē attinet, demonstrabit. Intellegitis. n. nullis hoībus quēq̄ rāto odio, quāto istū Syracusanis eē, & fuisse. At. n. istū soli Siculi persequuntur: ciues Ro. q̄ in Sicilia negotiant, defendūt, diligūt, saluū esse cupiūt. Primū si ita esset, tñ vos in questione de pecuniis repetūdis, quē socioꝝ causa cōstituta est, lege iudicioꝝ sociali, socioꝝ querimonias audire oporteret: sed intelligere potuistis priore actiōe ciues Ro. ex Sicilia plurimos honestissimos, maximis de rebꝫ, & quas ipsi accepissent iniurias, & quas scirent aliis esse factas, p̄ testimonio dicere. Ego hoc qđ intelligo iudices, sic confirmo. Videor mihi gratū fecisse Siculis, q̄ eorū iniurias meo labore, inimicitias periculo sim persecutus. Nō minus hoc gratū me nostris ciuibus intelligo fecisse qui hoc existimāt, iuris, libertatis, terū, fortunarūq̄ suarū salutē, in istius damnatione consistere. Quapropter de istius Prætura Siciliensi nō recuso, qn̄ ita me audiatis, vt si cuiq̄ generi hoīū, siue Siculoꝝ, siue nostroꝝ ciuiū, siue cuiq̄ ordini, siue aratorū, siue pecuariorum, siue mercatorū probatus sit, si nō hoꝝ omniū cōmunis hostis p̄doꝝ fuerit, si cuiq̄ deniq̄ vlla in re vnq̄ tēperauit, vt vos quoq̄ tēperetis. Qui simulatq̄ ei sorte puincia Sicilia obuenit, statim Romē, & ab vrbe anteq̄ p̄fisceret, querere ipse secū, & cogitare cū suis cōcepit, qbusnā rebus in ea puincia maximā vno anno pecuniā facere posset. Nolebat in agēdo discere, tāetsi nō puinciē rudis erat, & tiro: sed in Siciliā paratus ad prādam, meditatūsq̄ venire cupiebat. O p̄clare cōiectū a vulgo in illā puinciā omen cōmunis fame, atq̄ sermonis, cum ex noīe istius, qđ in puincia facturus eēt, p̄ridiculi hoīes augurabātur. Eteñ q̄s dubitare posset, cū istius in questura fugam, & furtū recognosceret: cū in legatione oppidorū, fanorumq̄ spoliatiōes cogitaret: cū videret in foro latrocinia Præturę: qualis iste in quarto actu improbitatis futurus esset! Atq̄ vt intelligatis eū Romē quesisse nō modo genera furandi, sed etiā noīa, certissimū accipite argumentū, quo facilius de singulari eius impudētia existimare possitis. Quo die Sicilia tetigit (videte satis ne paratus ex illo omine urbano ad euertendā puinciā venerit) statim Messana literas Halesam mittit, quas ego istū in Italia scripsisse arbitror. Nā simulatq̄ e nauī egressus est, dedit operā vt Halesinus ad se Dio cōtinuo veniret: se de hereditate velle cognoscere, quē eius filio a p̄p̄quo hoīe Apollodoro Laphirone venisset. Ea erat iudices p̄gradis pecunia. Hic est Dio iudices, nūc beneficio Q. Metelli ciuis Ro. factus, de quo multis viris primariis testibus, multorūq̄ tabulis vobis priore actione satisfactū est, HS. vndecies numeratū esse, vt eā causam, in qua ne tenuissima quidē dubitatio posset esse, isto cognoscēte obtineret. Præterea greges nobilissimarū equarū abactos: argenti, vestisq̄ stragule, domi qđ fuerit, esse direptū. Ita HS. vndecies Q. Dionē, q̄ hereditas ei obuenisset, nullā aliā ob causam, pdidisse. Quid! hec hereditas quo p̄tore Dionis filio venerat! Eodē, quo P. Annii Senatoris filie, eodē, quo M. Liguri senatori, C. Sacerdote Prætore. Quid! tum nemo molestus Dionis fuerat: nō plus, q̄ Liguri Sacerdote p̄tore. Quid! ad Verrē quis detulit! nemo, nisi forte existimatis ei quadruplatores ad fretū p̄tore fuisse. Ad vrbe cum esset, audiuit Dionis cuiādam Siculo permagnam venisse hereditatem, heredem statuas iustum esse in foro ponere: nisi posuisset, Veneri Erycinę esse multatum. Tametsi posita essent ex testamento, putabat tamen, quoniam Veneris nomen esset, causam pecunię se reperturū. Itaq̄ apponit qui petat Veneri Erycinę illam hereditatem. Non enim Questor petit (vt est cōsuetudo) is qui Erycum montē obtinebat. petit Neuius Turpio quidā istius excursor & emissarius, homo oīm ex illo conuētū quadruplatoꝝ deterrimus, C. Sacerdote Prætore condemnatus iniuriarū. Eteñ erat eiusmodi causa, vt ipse Prę. cū q̄teret calumniatorē, paulo tamen cōsideratiōrē reperire nō posset. Hunc hominē Veneri absoluit, sibi cōdemnat: maluit videlicet homines peccare, q̄ deos: se potius a Dione, qđ non licebat, q̄ Venerē, qđ non debebatur, auferre. Quid ego nūc hic Sex. Pōpeii Chlōri testimoniū recitē! qui causam egit Dionis, q̄ omibꝫ rebus interfuit, hoīs honestissimi, tametsi ciuis Ro. virtutis causa iādiu est, tamen omnium Siculorū primū, ac nobilissimi. Quid ipsius Q. Cęciliū Dionis hoīs p̄batissimi, ac prudentissimi! Quid L. Veteciliū Liguris, T. Manlii, L. Caleni! quorū omnium testimoniis de hac Dionis pecuniā confirmatū est. Dixit hoc idē M. Lucullus, se de his Dionis incōmodis pro hospitio, qđ sibi cū eo esset, iam ante cognosse. Quid! Lucullus, qui tū in Macedonia fuit, melius hec cognouit, q̄ tu Hortēsi, qui Romē fuisti, ad quē Dio cōfugit, q̄ de Dionis iniuriis grauissime p̄ literas cum Verre questus es: noua tibi hec sunt, & inopinata! nunc primum hoc aures tuę crimē accipiūt: nihil de Dione! nihil de focru tua, scemina primaria, Ser

Pectuarii.

Facere pecuniā.

Actu quarto.

Asconius actū nō gradu legit.

Greges equarū.

Pręsto fuisse.

Ad vrbe esset.

Excursor & emissarius.

Quadruplatores.

Actio. III.

uilia vetere Dionis hospira audisti: nōne multa mei testes, quę tu scis, nesciūt: nōne te mihi testē in hoc crimine eripuit, nō istius innocētia, sed legis exceptio! TESTIMONIA M. LV. CVLLI, CHLORI, DIONIS. Satis ne vobis magnā pecuniā Veneris homo, q̄ e Chelidonis sinu in puinciā p̄fectus eēt, Veneris noīe quęsisse videt̄! Accipite aliā in minore pecunia nō minus impudentē calumniā. Sosippus, & Epicrates fratres sunt Agyrinenses, horū pater abhinc duo & .XX. annos est mortuus. in cuius testamēto quodā loco si cōmissum qd̄ esset, multa erat Veneri ipsos .XX. annos. Cū tot iterea Prętores, tot Quęstos, tot calūniatores in puincia fuissent, hęreditas ab his Veneris nomine petita non est. causam Verres cognoscit, per Volcatii pecuniā accepit, fere ad HS. CCCC. millia ab duobus fratribus. Multorum testimoniū audistis antea, vicerunt Agyrinēses fratres, ita, vt egentes inanescq̄ discederent. At eū ad Verrem pecuniā ista nō puenit. Quę est ista defensio: vtrum asseuerat in hoc an tentatur! Mihi eū res noua est. Verres calūniatores apponebat, Verres adesse iubebat, Verres cognoscebat, Verres iudicabat, pecunię maxime dabatur: qui dabant, causas obtinebant, tu mihi ita defendas! Nō est ista Verris numerata pecuniā. Adiuuo te, mei quoq̄ testes idē dicūt, Volcatio dicūt sese dedisse. Quę vis erat Volcatio tāta, vt HS. CCCC. millia duobus hominibus auferret: & quis Volcatio, si sua sponte venisset, vnā libellā dedisset: veniat nūc, experiat, tecto recipiet nemo. At ego ampli⁹ dico. HS. quadringēties accepisse te arguo contra leges, nego tibi ipsi vllum nummū esse numeratum, sed cū ob tua decreta, ob imperata, ob iudicata, pecunię dabatur, nō erat quęrēdū cuius manu numerarētur, sed cuius iniuria cogērētur. Comites illi tui delecti, manus erant tuę: Pręfecti, Scribe, Medici, Accensi, Aruspices, Pręcones, manus erāt tuę: quo quisq̄ te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabatur. cohors tota illa tua, quę plus mali Sicilię dedit, q̄ si centum cohortes fugitiuorū fuissent, tua manus sine cōtrouersia fuit. q̄quid ab horū quopiam captū est, id nō modo tibi datum, sed tua manu numeratū iudicari necesse est. Nā si hęc defensionē probabis, nō accepit ipse, licet omnia de pecuniis repetundis iudicia tollatis: nemo vnq̄ tam reus, tā nocens adducetur, qui ista defensione nō possit vti. Eteū cū Verres vtatur, quis erit vnq̄ posthac reus tam perditus, qui nō ad Q. Mutii innocentiam referat, si cū isto cōferatur! Neq̄ nūc tā mihi isti Verrē defendere videtur, q̄ in Verre defensionis tentare rationē. Qua de re Iudices vobis magnopere puidēdū est, pertinet hoc ad summā Reip. & ad existimationē ordinis, salutēq̄ sociorū. Si eū innocentes existimari volumus, nō solum nos abstinētes, sed etiā nostros comites prestare debemus. Primū omniū opera tāta danda est, vt eos nobiscū ducamus, qui nostrę famę capitq̄ consulāt. Deinde si in hominibus eligēdis nos spes amicitie sefellerit, vt vindicemus, missos faciamus, semp ita viuamus, vt rationē reddendam nobis arbitremur. Aphricani est hoc hominis liberalissimi, verūtamē ea liberalitas est probāda, quę sine periculo existimationis est, vt in illo fuit. Cū ab eo quidā vetus affectator ex numero amicorū nō impetraret, vt se pręfectū in Aphricā duceret, & id ferret moleste, nolī inquit mirari, si tu a me hoc nō impetras: ego iam pridē ab eo, cui meam existimationē charā fore arbitror, peto, vt mecū pręfectus proficiscatur, & adhuc impetrare nō possum. Eteū re vera multo magis est petendum ab hoibus, si salui esse volumus, vt eant nobiscū in prouinciā, q̄ hoc illis in beneficii loco deferēdum. Sed tu, cū & tuos amicos in puinciā quasi in prędā inuitabas, ac cū illis, ac per eos prędabare, & eos in cōcione annulis aureis donabas, nō statuebas tibi nō solū de te, sed etiā de illoꝝ factis rationē esse reddēdā! Cū hos sibi quęstus cōstituisset magnos atq̄ vberes, ex his causis, quas ipse instituerat in consilio, hoc est cū sua cohorte cognoscere, tum infinitū genus inuenerat ad innumerabilem pecuniā corripēdā. Dubiū nemini est, qn̄ oēs oīm pecunię positę sint in eorū potestate, quę iudicia dant, & eorū qui iudicāt: quin nemo nostrū possit edes suas, nemo fundū, nemo bona patriā obtinere, si cū hęc a quopiam vestrū petita sunt, p̄tor improbus, cui nemo iterdicere possit, det quę velit iudicē: iudex nequā & leuis, qd̄ Prętor iusserit, iudicet. Si vero illud quoq̄ accidet, vt Prętor in ea verba iudiciū det, vt vel Octavius Balbus iudex, homo & iuris, & officii peritissimus non possit aliter iudicare, sit eiusmodi L. Octavius iudex, esto, si apparet fundum Capenatem quo de agitur ex iure equum P. Seruiliū esse, neq̄ is fundus Q. Catulo restituetur, non necesse erit L. Octauiō iudici cogere P. Seruiliū Q. Catulo fundum restituere: aut condemnare eum, quem non oporteat! Eiusdem modi totum ius Pratorium, eiusdem modi omnis res iudiciaria fuit in Sicilia per triēnium Verre Pratore, decreta eius

Antique
duo, aut
duos legē-
dum.
Ipsos, xx.
anno.

Pedianus
iā tollite le-
git.
Q. Mutii
innocentia

Aphricani
dictum.

In L. Verrem. Fo. XXXVII.

modi. SI NON ACCIPIT QVOD TE DEBERE DIGIS, ACCVSES. SI PETITVR, DVCAS. C. Fuficium duci iussit petitozem: L. Suetium, L. Racilium. iudicia huiusmodi. QVI CIVES RO. ERANT, SI SICVLI ESSENT, TVM SI EORVM LEGIBVS DARI OPORTERET. QVI SICVLI SI CIVES RO. ESSENT. Verum vt totum genus amplectamini iudiciorum, prius iura Siculorum, deinde istius instituta cognoscite. Siculi hoc iure sunt, vt qd ciuis cu ciue agat, domi certet suis legibus: qd Siculus cu Siculo no eiusde ciuitatis, vt de eo pretor iudicet ex P. Rupili decreto, qd is de decem legatorum sententia statuit, qua legem Siculi Rupilia vocant, sortiatur. Qd priuatus a populo petit, aut populus a priuato, Senatus ex aliqua ciuitate, q iudicet, datur: cu altera ciuitates reiecta sunt. Qd ciuis Romanus a Siculo petit, Siculus iudex datur: qd Siculus a ciue Romano, ciuis Ro. dat. Caeterarum rerum selecti iudices ex ciuium Romanorum conuentu proponi solent. Inter aratores & decurianos lege frumentaria, qua Hieronica appellant, iudicia fiunt. Hac omnia isto preto re no modo perturbata, sed plane & Siculis, & ciuibus Ro. erepta sunt. Primum sue leges: qd ciuis cu ciue ageret, aut eu iudice, que comodum erat, preconem, Aruspice, Medicum suum dabat: aut si legibus erat iudicium constitutum, & ad ciuem suum iudicem venerant, libere ciui iudicare non licebat. Edictum em hominis cognoscite, quo edicto omnia iudicia redegerat in sua potestate. Si quis perperam iudicasset, se cogniturum: cu cognosset, animaduersurum. Idq cu faciebat, nemo dubitabat, quin cu iudex alium de suo iudicio putet iudicaturum, se in eo capitis periculum aditurum, voluntate spectet eius, que statim de capite suo putet iudicaturum. Selecti e conuentu aut propositi ex negotiatoribus iudices, nulli. hec copia, qua dico iudicium, cohors no Q. Sceleris uole, q tam de cohorte sua dare no solebat, sed C. Verris. Cuiusmodi cohortem putatis hoc principe fuisse: sicuti uideris edictum, SI QUID PERPERAM IUDICARIT SENATVS. Eum quoq ostenda, si quando sit datus, coactu istius, qd no senserit, iudicasse. Ex lege Rupilia sortitio nulla, nisi cu nihil intererat istius: lege Hieronica iudicia plurimarum controuersiarum sublata vno nomine omnia, de conuentu, ac negotiatoribus nulli iudices. Quantam potestatem habuerit uideris, quas res gesserit cognoscite. Heraclius est Hieronis filius Syracusanus, homo in primis domi sue nobilis, & ante hunc Pr. vel pecuniosissimus Syracusanorum, nunc nulla alia calamitate, nisi istius auaritia, atq iniuria pauperrimus. Huic hereditas facile ad HS. tricenas uenit testamento propinqui sui Heraclii: plena domus celati argenti optimi, multaq stragulae vestis, preciosissimorumq mancipiorum, quibus in rebus istius cupiditates, & insaniam quis ignorat: Erat in sermone res, magna Heraclio pecunia uenisse: non solum Heraclium diuites, sed etiam ornatum suppellectili, argento, veste, mancipiis futurum. audit hac etiam Verres, & primo, illo suo leuiore artificio Heraclium aggredi conatur, vt eu roget inspicienda, qua non reddat. Deinde a quibusdam Syracusanis admonet. Hi aut qdam erant affines istius, quorum uxores iste nunquam alienas existimauit, Cleomenes, & Hescario: q quantum apud istum, & q turpi de causa potuerint, ex reliquis criminibus intelligetis. Hi vt dico hominem admonent, rem esse preclaram, refertam omnibus rebus: ipsum aut Heraclium hominem esse maiorem natu, no promptissimum, & eu preter Marcellos, patronum, que iure suo adire, aut appellare posset, habere neminem. esse in eo testamento, quo ille heres esset, scriptum: vt statuas in palestra deberet ponere. Faciamus vt palestra negent ex testamento esse positas, petant hereditatem, q ea palestra commisisse dicant. Placuit ratio Verri. nam hoc animo providebat, cu tanta hereditas in controuersiam uenisset, iudicioq petere, fieri no posse, vt sine preda ipse discederet. approbat consilium, auctor est vt qprimu agere incipiant, hominesq id atatis minime litigiosum qrumultuosissime adoriant. scribit Heraclio dica. Primo mirant omnes improbitatem calumnie. deinde, q istum nosset, partim suspicabant, partim plane uidebant adiectum ee oculum hereditati. Interea dies aduenit, quo die sese ex instituto, ac lege Rupilia Dicam sortiturum Syracusis iste edixerat: paratus ad hanc dicam sortiendam uenerat. tum eum docet Heraclius no posse eo die sortiri, q lex Rupilia uetaret diebus. XXX. sortiri dicam, qbus scripta esset, dies. XXX. nondum fuerat. Sperabat Heraclius, si illum die effugisset, ante alteram sortitionem Q. Arrii, que prouincia tum maxime expectabat, successurum. Iste oibus iudiciis die distulit, & eam die constituit, vt hac Heraclii dicam sortiri post dies. XXX. ex lege posset. Posteaq ea dies uenit, iste incipit simulare se uelle sortiri: Heraclius cu aduocatis adit, & postulat, vt sibi cu palestra, hoc est cu populo Syracusano aequo iure disceptare liceat. Aduersarii postulant, vt in eam rem iudices dentur ex his ciuitatibus, qua in id forum conueniret, electi q Verri uiderent. Heraclius contra, vt iudices

Hieronica
lex.

Coactu
istius.

Roget in
spicienda.

Dica.

Actio. III.

e lege Rupilia dentur: vt ab institutis superiorū, ab auctoritate Senatus, ab iure omnium Sicu-
 lorū ne recedatur. Quid ego istius in iure dicēdo libidinē demonstrē: q̄s vestrū non ex urbana
 iurisdictione cognouit: q̄s vnq̄ isto Praetore Chelidone inuita lege agere potuit: Non istū vt
 non neminē prouincia corrupit: idem fuit q̄ Romē. Cū id qd̄ oēs intelligebant, diceret Hera-
 clius, ius esse certū Siculis, inter se quo iure certarēt, legē esse Rupiliā, quā praetor Rupilius
 ex S. C. de decē legatorū sententiā dedisset: hoc oēs semper in Sicilia consules praetoresq̄ ser-
 uasse: negauit se Iudices e lege Rupilia sortiturū: quinq̄ Iudices, quos cōmodū ipsi fuit, des-
 dit. Quid huic hominī facias: qd̄ supplicium dignū libidini eius inuenies: Prescriptū tibi cū es-
 set homo deterrime, & impudētissime, quē admodū inter Siculos iudices dares: cū imperato-
 ris Po. Ro. auctoritas, legatorū decē summorū hominū dignitas, Senatus C. intercederet, cu-
 ius consulto P. Rupilius Praetor ex legatorū sententiā leges in Sicilia constituerat: cū omnes
 ante te praetores Rupilias leges in ceteris rebus, & in iudiciis maxime obseruassent: tu ausus
 es pro nihilo prā tua praeda tot res sanctissimas ducere: tibi nulla lex fuit: nulla religio: nul-
 lus existimationis pudor: nullus iudicium metus: nullius apud te grauis auctoritas: nullū ex-
 plū, qd̄ sequi velles: Verū vt institui dicere, quinq̄ iudicibus nulla lege, nullo instituto, nul-
 la religione, nulla sorte, ex libidine istius datis, non q̄ causam cognoscerent, sed q̄, qd̄ impera-
 tū esset, iudicarent, eo die nihil actū est, adesse iubent postridie. Heraclius interea cū omnes
 insidias a praetore fortunis suis fieri videret, capit cōsiliū de amicorū, & propinquorū sentē-
 tia, nō adesse ad iudiciū. itaq̄ Syracusis illa nocte profugit. Iste postero die mane, cum multo
 maturius, q̄ vnq̄ antea, surrexisset, iudices citari iubet. vbi cōperit Heraclium nō adesse, cogere
 incipit eos, vt absentē Heraclium cōdemnarēt. Illi eū cōmonefaciūt, vt si ei videat, vtat̄ insti-
 tuto suo, nec cogat ante horā decimā de absente, secūdū praesentē iudicare. impetrāt. interea
 sane perturbatus & ipse, & ei⁹ amici, & cōsiliarii, moleste ferre coeperūt, Heraclium profugisse: pu-
 tabāt absentis dānationē, praesertim tāte pecuniē, multo inuidiosorē fore, q̄ si praesens dānatus
 esset. Eo accedebat, q̄ Iudices e lege Rupilia dati non erāt, multo etiā rē turpiorē & iniquio-
 rē visum iri intelligebāt. Itaq̄ hoc dū corrigere vult, apertior ei⁹ cupiditas, improbitasq̄ fa-
 cta est. Nā illis quinq̄ iudicibus vti sese negat: iubet id qd̄ initio e lege Rupilia fieri oportue-
 rat, citari Heraclium, & eos q̄ dicā scripserant: aitq̄ Iudices e lege Rupilia velle sortiri. qd̄ ab
 eo pridie, cū multis lachrymis eū oraret, atq̄ obsecraret Heraclius, impetrare nō potuerat, id
 ei postera die venit in mēte, e lege Rupilia sortiri dicas oportere. Educit ex vrna tres: iis vt
 absentē Heraclium cōdemnet imperat. itaq̄ cōdemnant. Quē, malū, ista fuit amentia: ecquando
 te rationē factorū tuorū redditurū putasti: ecquādo his de rebus tales viros audituros exi-
 stimasti: petat̄ hereditas ea, quā nulla debet, in praedā praetoris: interponat̄ nomē ciuitatis:
 imponat̄ honesta ciuitati turpissima persona calumnie: Neq̄ hoc solū, sed ita res agit, vt ne
 simulatio qd̄ aequitatis vlla adhibeat. Nā per deos immortales, qd̄ interest, vtrū praetor im-
 peret, vīq̄ cogat aliquē de suis bonis oibus decedere: an huiusmodi iudiciū det, quo iudicio
 indicta causa fortunis oibus euerti necesse sit: Profecto eū negare nō potes, te ex lege Rupi-
 lia sortiri iudiciū debuisse, cū praesertim Heraclius id postularet. Sin illud dices, te Heraclium
 volūtate ab lege recessisse, ipse te impediēs, ipse tu tua defensione implicabere. Quare eū pri-
 mū ille ipse adesse noluit, cū ex eo numero Iudices haberet, quos postularat: deinde tu cur
 post illius fugā Iudices alios sortitus es, si eos q̄ erant antea dati, vtriusq̄ dederas volūtate.
 Deinde ceteras dicas oēs illo foro M. Posthumius quaestor sortitus est, hāc solā tu illo cōuē-
 tu reperire sortitus. Ergo, inquiet aliquis, donauit populo Syracusano illā hereditatē. pri-
 mū si id confiteri velim, tamē istū cōdemnetis necesse est. Neq̄ enim permissum est, vt impu-
 ne nobis liceat, qd̄ alicui eripuerim⁹, id alteri tradere. Verū ex ista reperietis hereditate ita
 istum praedatum, vt perpauca occulte fecerit, populum quidem Syracusanum in maximā in-
 uidiā sua infamia alieno praemio peruenisse: paucos Syracusanos, eos qui se nunc publice
 laudationis causa venisse dicunt, & tunc participes praedae fuisse, & nūc non ad istius lauda-
 tionem, sed ad cōmunē litium estimationē venisse. Posteaq̄ damnatus est absens, non solū illius
 hereditatis, de qua ambigebatur, quā erat HS. tricies, sed omnium bonorū paternorum ipsi⁹
 Heraclii, q̄ non minor erat pecunia, palestres Syracusanorū, hoc est Syracusanis possessio tra-
 ditur. Quē est ista praetura: eripis hereditatem, quā venerat a propinquo, venerat testamēto,
 venerat legibus: quā bona, is qui testamentū fecit, huic Heraclio, anteq̄ est mortuus, omnia
 vtēda ac possidēda tradiderat: cui⁹ hereditatis, cū ille aliquāto ante te praetor esset mortuus,

Lege agere

Lex Rupi-
lia.

Inuidio-
sior.

Vtēda bo-
na.

In L. Verrem. Fo. XXXVIII.

controuerſia fuerat nulla, mentionē fecerat nemo. Verū eſto, eripe hereditatē propinquis, da paleſtritis, prædare in bonis alienis nomine ciuitatis, euerſe leges, teſtamēta, volūtaſes mortuorū, iura viuorū, num etiā patriis Heracliū bonis exturbare oportuit: q̄ ſimulac profugit, q̄ impudēter, q̄ palā, q̄ acerbe dii immortales illa bona direpta ſunt, q̄ illa res calamitoſa Heraclio, quaſtuofa Verri, turpis Syracuſanis, miſeranda oībus videbaſ. Nam illud q̄dem ſtatim curat, vt q̄cqd celati argenti fuit in illis bonis, ad iſtū deſeraſ, quicquid Corinthiorū vaſorū, ſtragulæ veſtis. Hęc nemo dubitabat, quin nō modo ex illa domo capta, & oppreſſa, verum ex tota prouincia ad iſtū cōportari neceſſe eſſet. Mancipia quę voluit abduxit, alia diuiſit: auctio facta eſt, in qua cohors iſtius inuicta dominata eſt. Verū illud eſt præclarū. Syracuſani q̄ præfuerant his Heracliū bonis verbo redigendis, re diſperſiendis, reddebāt eorū negotiorū rationē in ſenatu: dicebant ſcyphorū paria complura, hydrias argenteas, precioſam veſtē ſtragulā, multa mancipia precioſa Verri data eſſe: dicebāt quātū cuiq̄ eius iuſſu nummorum eſſet datū. Gemebant Syracuſani: ſed tamē patiebant. repente recitat vno noīe. HS. CCL. millia iuſſu prætoris data. ſit maximus clamor omnīū, non modo optimi cuiuſq̄, neq̄ eorū q̄bus indignū ſemp viſum erat bona priuati, populī noīe per ſummā iniuriā erepta, verū etiā ipſi illi auctores iniurię, & ex aliqua particula ſocii prædæ, ac rapinarū, clamare cœperunt, ſibi vt haberet hereditatē. tantus in curia clamor factus eſt, vt populus cōcurreret. Res ab omni conuentu cognita celeriter domū nunciaſ. homo inimicus iis, q̄ recitaſſent: hoſtis oībus, q̄ acclamaſſent: exarſit iracundiā, ac ſtomacho. Verū tamen fuit tum ſui diſſimilis, noſtis os hoīs, noſtis audaciā, tamē tū rumore populī, & clamore, & furto manifeſto grandis pecunię perturbatus eſt. vbi ſe collegit, vocat ad ſe Syracuſanos. quia nō poſſet negare ab illis pecuniā datā, nō quaſiuit procul alicunde: neq̄ em̄ p̄baret: ſed proximū pene alterū filiū quē illā pecuniā diceret abſtulīſſe, oſtendit ſe reddere coacturum. Qui poſtea q̄ id audiuit, habuit dignitatis, & ætatis, & nobilitatis ſuę rationē: verba apud Senatū fecit, docuit ad ſe nihil pertinere de iſto, id q̄d oēs videbant: neq̄ ille q̄dē obſcure locutus eſt. Itaq̄ illi Syracuſani ſtatua poſtea ſtatuerunt, & is vbi primū potuit, iſtum reliquit, de prouinciaq̄ deceſſit. Et tamen aiunt eum queri ſolere nōnunq̄, ſe miſerū, q̄ nō ſuis, ſed ſuorū comitū peccatis, & criminibus prematur. Trienniū prouinciā obtinuit: genere electus adoleſcēs vnū annū tecum fuit, ſodales viri fortes legati tui primo anno te reliquerunt: vnus legatus P. Tadius, q̄ erat reliquus, nō ita multū tecum fuit: q̄ ſi ſemper vna fuiſſet, tamen ſumma cura tum tuę, tum multo etiā magis ſuę famę p̄percipiſſet. quid eſt q̄d tu alios accuſes: quid eſt quāobrē putes, te tuā culpā nō modo deriuare ī aliquē, ſed cōmunicare cū aliquo poſſe? Numerant illa HS. ducenta quinquaginta Syracuſanis, ea quemadmodū ad iſtū poſtea per Pſeudotyron reuertantur, tabulis, vobis & teſtibus Iudices planū faciam. Ex hac iniquitate iſtius, & improbitate Iudices, q̄ præda ex illis bonis ad multos Syracuſanos inuitō populo Senatuq̄ Syracuſano venerat, & illa ſcelera quoq̄ per Theomnaſtū, & Heſcricionem, & Dionyſodoq̄, & Cleome nē inuitiſſima ciuitate facta ſunt. primum vt vrbs tota ſpoliareſ, qua de re alius mihi locus ad dicendū eſt conſtitutus: vt omnia ſigna iſte per eos homines, quos nominaui, omne ebur ex ædibus ſacris, omes vndiq̄ tabulas pictas, deorū deniq̄ ſimulacra quę vellet auferret. De inde vt in curia Syracuſis, quē locū illi Buleuterum vocant, honeſtiſſimo loco & apud illos clarifiſſimo, ſub illius ipſius M. Marcelli, q̄ cum Syracuſanis locū eum eripere belli ac victorię lege poſſet, conſeruauit, & reddidit, ſtatua ex are facta, ibi inauratam iſtius & alterā filio ſtatua poſuerunt: vt dū iſtius hoīs memoria maneret, Senatus Syracuſanus ſine lachrymis & gemitu in curia eſſe nō poſſet: per eoſdē iſtius iniuriarū, furtoq̄, vxorumq̄ ſocios iſtius imperio Syracuſis Marcella tollunt maximo gemitu, luctuq̄ ciuitatis: quē illi diē feſtum cū recentibus beneficiis M. Marcelli debitū reddebant, tum generi, nomini, familię Marcellorum maxima voluntate tribuebant. Mirridates in Aſia, cū eam prouinciā totā occupaſſet, Mutia non ſuſtulit. hoſtis, & hoſtis in cæteris rebus nimis ſeruus, & immanis, tamen honorem hoīs deorum religione cōſecratū violare noluit. Tu Syracuſanis vnū diem feſtū Marcellis imperitū vetuiſti, per quos illi adepti ſunt, vt cæteros dies feſtos agere poſſint. At vero præclarū diē repoſuiſti, Verrea vt agerent, & vt ad eum diē, quæ ſacris, epuliſq̄ opus eſſent, in cōplures annos locarent. Iam in tanta iſtius impudētiā remittendū aliqd̄ videſ, ne oīa contemamus, ne oīa cū dolore agere videamur. Nā me dies, vox, latera deficiant, ſi hoc nūc vocifera re velim, q̄ miſerū indignūq̄ ſit, iſtius nomine apud eos diē feſtū eſſe, qui ſeſe iſti⁹ opera fun-

Vestis ſtragula.

Hydriæ argenteæ.

obtinuiſti

Marcella.

Mutia.

Verrea.

Vocifera re.

Actio. III.

ditus extinctos esse arbitrent. O Verrea preclara, quoq̄ si accessisti, quo nō attuleris tecū istū diem. Etenim quā tu domū, quā urbem adiisti, qd̄ fanū deniq̄, qd̄ nō euersum, atq̄ extersum reliqueris! Quare appellentur sane ista Verrea, quę nō ex noīe, sed ex manibus, naturaq̄ tua & corradē constituta esse videantur. Q̄ facile serpat iniuria, & peccandī cōsuetudo q̄ nō facile reprimatur, videre Iudices. Bidis oppidū est tenue sane, nō longe a Syracusis. Huius lōge primus ciuitatis est Epicrates qdam. huic hereditas HS. quingentorū milliū venerat a muliere quadā propinqua, atq̄ ita propinqua, vt ea etiā si intestata esset mortua, Epicratē Bidinorū legib⁹ haredē esse oporteret. Recens Syracusana erat illa res, quā ante demonstrauī, de Heraclio Syracusano, q̄ bona nō perdidisset, nisi ei venisset hereditas. Huic quoq̄ Epicratī venerat, vt dixi, hereditas. cogitare cōperūt eius inimici nihilo minus eodē pretore hūc euerit bonis posse, quo Heraclius esset euersus. Rem occulte instituit, ad Verrē per eius interpretes deferūt: ita causa cōponitur, vt item palestritæ Bidenses peterēt ab Epicrate hereditatē, quē ad palestritæ Syracusani ab Heraclio petissent. Nunq̄ vos pretorē tam Palestricū vidistis, verum ita palestritas defendebat, vt ab illis ipse vnctior discederet. q̄ statim cū presensisset, iubet cui dā suorū amicorū numerari HS. LXXX. Res occultari satis nō potest: p̄ quēdā eorū, q̄ inter fuerat, sit Epicrates certior. primo negligere, & cōtemnere cōepit, q̄ causa prorsus, qd̄ dubitari posset, nihil habebat. Deinde cū de Heraclio cogitaret, & isti⁹ libidinē nosset, cōmodissimū putauit esse, de prouincia clam abire. itaq̄ fecit, profectus est Rhegyū. qd̄ vbi auditū est, astuare illi q̄ dederāt pecuniā, putare nihil agi posse absente Epicrate. nam Heraclius tamē affuerat, cū primū dati sunt Iudices. de hoc, q̄ anteq̄ in ius aditū esset, anteq̄ deniq̄ mentio cōtrouersia facta esset, discessisset, putabant nihil agi posse. hoīes Rhegyū proficiscunt, Epicratē cōueniūt: demonstrant id qd̄ ille sciebat, se HS. LXXX. dedisse, rogāt eum vt id qd̄ ab ipsis abisset pecuniā, curet: ab sese caueat quēadmodū velit, de illa hareditate cum Epicrate neminē esse acturū. Epicrates homines multis verbis male a se acceptos dimisit. Redeunt illi Rhegyo Syracusas, queri cū multis, ita vt sit incipiūt, sese HS. LXXX. nūmū frustra dedisse. res percrebuit, in ore, atq̄ sermone omnīū cōepit esse: Verres refert illā suā Syracusanam, ait sese velle de illis HS. LXXX. cognoscere: aduocat multos. dicit Bidini Volcatio se dedisse, illud nō addūt, iussu istius. Volcatiū vocat, pecuniā referri imperat. Volcatus animo aquis simo nummos affert, q̄ nihil amitteret: reddit inspectantibus multis, Bidini nūmos auferūt. Dicit aliquis, quid ergo in hoc Verrē reprehendis! qui nō modo ipse fur non est, sed ne alitū quidē passus est esse. Attendite, iam intelligetis hanc pecuniā qua via modo visa est exire ab isto, eadem semita reuertisse. Quid em̄ debuit prator, cū consilio re cognita, cum cōperisset suum comitē iuris, decreti, iudiciū corrupendi causa, qua in re ipsius pretoris caput, existimatioq̄ ageret, pecuniā accepisse: Bidinos autē contra pretoris famā, ac fortunas dedisse: nō & in eum, q̄ accepisset, animaduertisse! & in eos qui dedissent! Tu qui institueras in eos animaduertere, qui perperā iudicassent, qd̄ sæpe per imprudentiā fit, hos pateris impune discedere, qui ob tuū decretū, ob tuū iudiciū, pecuniā aut dandā, aut accipiendā putarāt! Volcatus idem apud te postea fuit, eques Romanus, tanta accepta ignominia. Nam quid est turpius ingenuo: quid minus libero dignū, q̄ in conuentu maximo cogi a magistratu furtū reddere! Qui si eo animo esset, quo nō modo eques Roman⁹, sed quiuis liber debet esse, aspiciere te postea nō potuisset, inimicus, hostis esset, tanta cōtumeiā accepta, nisi tecū colluisset, & tuæ potius existimationi seruisset, q̄ suæ. qui q̄ tibi amicus non modo tum fuerit, q̄dū tecū in prouincia fuit, verū etiā nunc sit, cū iam a ceteris amicis sis relictus, & tu intelligis, & nos existimare possumus. An hoc solum argumentū est nihil isto imprudente factum, q̄ Volcatus ei nō succensuit! q̄ iste nec in Volcatiū, nec in Bidinos animaduertit! est magnū argumentū: verū illud maximum, q̄ illis ipsis Bidinis, q̄bus iratus esse debuit, a q̄bus comperit, q̄ iure agere cū Epicrate nihil possent, etiā si adesset, idcirco suū decretū pecuniā esse tentatū: his inquā ipsis nō modo illā hareditatē, quæ Epicratī venerat, sed vt in Heraclio Syracusano, item in hoc, paulo etiam atrocius, q̄ Epicrates appellatus omnino nō erat, bona patria, fortunæq̄ eius, Bidinis tradidit. Ostēdit em̄ nouo modo, si quis qd̄ absente peteret, se auditurū. adeunt Bidini, petunt hareditatē, procuratores postulant, vt se ad leges suas reiciat, aut ex lege Rupilia dicam scribi iubeat. Aduersarii nō audebāt cōtradocere, exitus nullus reperiēbat. insimulāt hoīes fraudādī causa discessisse, postulant vt bona possidere liceat. Debebat Epicrates vllū nummū nemini, amici, si q̄s qd̄ peteret iudicio, se passuros, iudicatū solui

fatidaturos esse dicebāt. Cum oīa iudicia frigerent, admonitu istius insimulare cœperunt, Epīcratē literas publicas corrupisse, a qua suspitione ille aberat plurimū. actionē eius rei postulā. amici recusare, ne qđ nouū iudiciū, ne quæ ipsi⁹ cognitio, illo absente de existimatio ne eius cōstitueret: & simul idem illud postulare nō desistebant, vt se ad leges suas reiiceret. Iste amplā occasionē calumniæ nactus, vbi videt esse aliqd qđ amici absentē Epīcratē nollent defendere, asseuerat se eius rei in primis actionē esse daturū. Cū oēs perspicerēt ad istū non modo illos nummos, qđ per simulationē ab isto exierāt, reuertisse, sed multo etiā plures eum postea nummos abstulisse, amici Epīcratē defendere destiterunt. Iste Epīcratis bona Bidinos omnia possidere, & sibi habere iussit. ad illa HS. D. millia hæreditaria, accessit ipsius antiqua HS. quindecies pecunia. Vtrū res ab initio ita ducta est: an ad extremū ita pducta est: an ita parua est pecunia: an is homo Verres: vt hæc, quæ dixi, gratis facta esse videant: Hic nūc de miserā Siculorū Iud. audite. & Heraclius ille Syracusanus, & hic Bidinus Epīcrates expulsi bonis oībus Romā venerūt: sordidati, maxima barba & capillo, Romę biēniū ppe fuerūt. Cū L. Metellus in prouinciā profectus est, tū isti bene cōmēdati cū Metello vna proficiscuntur. Metellus simulac venit Syracusas, vtrunq; rescindit, & de Epīcrate, & de Heraclio. In vtriusq; bonis nihil erat, qđ restitui posset, nisi qđ moueri loco nō poterat. Fecerat hæc egregie primo aduētū Metellus, vt oēs istius iniurias, quas modo posset, rescinderet, & irritas faceret. Heracliū restitui iusserat: nō restituebat: quisq; erat ductus Senator Syracusanus ab Heraclio, duci iubebat. Itaq; permulti ducti sunt. Epīcrates qđē continuo restitutus est. Alia iudicia Lilybei, alia Agrigentī, alia Panormi restituta sunt: census qui isto p̄tore sunt habiti, nō seruaturū se Metellus ostēderat: decumas quas iste cōtra legē Hieronicā vendiderat, se se venditurū Hieronica lege dixerat. Oīa erāt Metelli eiusmodi, vt totā suā p̄turā retexere videret. Simulatq; ego in Siciliā veni, mutatus est. venerat ad eū illo biduo Letilius qđā, homo non alienus a literis, itaq; eo iste tabellario semp vsus est. Is epistolas cōplures attulerat: in his vnā domo, que totū immutarat hoīem, repente cœpit dicere, se oīa Verris causa vel le: sibi cū eo amicitia, cognationēq; esse. mirabant oēs, hoc ei tū deniq; in mentē venisse, post eaq; tā multis eū factis, decretisq; iugulasset. Erant qđ putarēt Letiliū legatū a Verre venisse, qđ gratiā, amicitia, cognationēq; cōmemoraret. Ex illo tēpore a ciuitatib⁹ laudationē petere, testes nō solū deterrere verbis, sed etiā vi retinere cœpit. Quod ego nisi meo aduētū illius conatus aliquātulū repressissem, & apud Siculos nō Metelli, sed Glabrionis literis, ac lege pugnassem, tam multos huc euocare nō potuissem. Verū, qđ institui dicere, miseras cognoscite Siculorū. Heraclius ille, & Epīcrates lōge mihi obuiam cū suis oībus processerūt, veniētī Syracusas egerunt gratias flentes, Romā decedere mecū cupierūt. Qđ erāt mihi oppida cōplura etiā reliqua, quæ adire vellē, constitui cū hoībus, quo die mihi Messianæ præsto essent. eo mihi nunciū miserūt, se a p̄tore retineri, qbus ego testimoniū denūciaui, quorum noīa edidī Metello: cupidissimi veniēdi, maximis iniuriis affecti, adhuc nō venerūt. Hoc iure sunt socii, vt his ne deplorare qđē de suis incōmodis liceat. Iam Heraclii Centuripini optimi, nobilissimiq; adolescētis testimoniū audistis, a quo HS. C. millia per calumniā, malitiāq; petita sunt. Iste p̄cenis cōpromissisq; interpositis, HS. CCC. extorquēda curauit: qđq; iudiciū secundum Heracliū de cōpromissis factū erat, qđ ciuis Centuripinus inter duos ciues iudicasset, id irritū iussit esse, eūq; iudicē falsum iudicasse iudicauit: in senatu ne esset, locis, cōmodisq; publicis vti vetuit: si qđ eū pulsasset, edixit sese iudiciū iniuriarū nō daturū: quicqđ ab eo peteret, iudicē de sua cohorte daturū, ipsi autē nullius actionē rei sese daturū, quæ istius auctoritas tātū valuit, vt neq; illū pulsaret quisq;, cū p̄tor in prouincia sua verbo pmitteret, rehortaret: neq; qđq; ab eo quicq; peteret, cū iste calumnie licētiā sua auctoritate p̄possidisset. ignominia autē illa grauis tādū in illo hoīe fuit, qđū iste in prouincia mansit. Hoc iniecto metu iudicibus, nouo more, nullo exēplo, ecquā rē putatis esse in Sicilia nisi ad nutū istius iudicatā: Vtrū id solū videt esse actū, qđ est tamē actū, vt Heraclio pecunia eriperet: an etiā illud in quo præda erat maxima, vt noīe iudiciorū, omniū bona, atq; fortunę in istius vnus essent potestate: Iam vero in rerū capitaliū quæstionibus qđ ego vnāquāq; rē colligā, & causam: ex multis similibus ea sumā, quæ maxime improbitate excellere videbunt. Sopater quidā fuit Halicēsis, homo domi suæ cū primis locuples, atq; honestus. is ab inimicis suis apud C. Sacerdotē p̄tore rei capitalis cū accusatus esset, facile eo iudicio est liberatus. Huic eidē Sopatro iudē inimici ad C. Verrē, cū is Sacerdoti successisset, eiusdē rei nomē detulerūt. Res

Habeere
sibi.Retexere.
Nō alien⁹
a literis.
vna.Iugulasset
decretis.Deplorare
de incom-
modis.

p̄buisset.

Actio. III.

Sopatro facilis videbat, & q̄ erat innocēs, & q̄ Sacerdotis iudiciū improbare istū aucturū nō arbitrabat. citat̄ reus, causa agit̄ Syracusis, crimina tractant̄ ab accusatore ea, quę erāt antea nō solū defensione, verū etiā iudicio dissoluta. Causam Sopatri defendebat Q. Minutius eques Ro. in primis splēdidus, atq; honestus, vobisq; Iudices nō ignotus. nihil erat in causa, qđ metuendū, aut omnino qđ dubitandū videret. Interea istius libertus, & accensus idē Timarchides, qđ est, id qđ ex plurimis testibus priore actione didicistis, rerū huiusmodi omnium trāfactor, & administrator, ad Sopatrū venit, monet hoīem ne nimis iudicio Sacerdotis, & causā cōfidat: accusatores, inimicosq; eius habere in aīo pecuniā pratori dare, Pratorē tñ Job sa-
Job absol- lutē malle accipere, & simul malle, si fieri posset, rē iudicatā nō rescindere. Sopater, cū hoc il-
uendum. li improvisum, atq; inopinatū accidisset, cōmotus est sane, neq; in præsentiā Timarchidi qđ
Tab absolu- respōderet habuit, nisi se cōsideraturū, qđ sibi de ea re esset faciendum: & simul ostēdit, se in
to. summa difficultate esse nūmaria. post ad amicos retulit. qui cū ei fuissent auctores redimen-
de salutis, ad Timarchidē venit: expositis suis difficultatibus, hominē ad HS. LXXX. perdu-
cit, eāq; ei pecuniā numerat. Posteaq; ad causam dicēdā ventū est, tū vero sine metu, sine cura
oēs erāt, qđ Sopatrū defendebāt, crimē nullū erat, res iudicata, Verres nummos acceperat,
qui possit dubitare qđ nā esset futurū? Res illo die nō perorat, dimittit iudiciū. iterū ad Sopa-
trū Timarchides venit, ait accusatores eius multo maiore pecuniā pratori polliceri, qđ quan-
tam hīc dedisset: proinde, si sciret, videret qđ sibi esset faciendū. Homo, qđq; erat & Siculus,
Et Siculus & reus, hoc est & iure iniquo, & tēpore aduerso, ferre tamē, atq; audire diutius Timarchidē
& reus. nō potuit. Facite inquit qđ vobis libet, daturus nō sum amplius, idēq; hoc amicis eius, & de-
fensoribus videbat, atq; eo etiā magis, qđ iste, quoquo modo se in ea questione prębebat, tamē
in cōsilio habebat hoīes honestos e cōuentu Syracusano, qđ Sacerdotis quoq; in cōsilio fue-
rāt, tū cū esset idē hic Sopater absolutus. hoc rationis habebāt, facere eos nullo modo posse,
vt eodē crimine, iisdē testibus Sopatrū cōdemnarēt iisdē hoīes, qđ antea absoluissent. itaq; hac
vna spē ad iudiciū venit. Quo posteaq; ventū est, cū in cōsiliū frequētes cōuenissent iisdē qđ so-
lebant, & hac vna spē tota defensio Sopatri niteret, cōsiliū frequētia, & dignitate, & qđ erant,
vt dixi, iisdē qđ antea Sopatrū eodē illo crimine liberarāt, cognoscite hoīs apertā, ac nō modo
non ratione, sed ne dissimulatione quidē tectā improbitatē, & audaciā. M. Petiliū equitem
Ro. quē habet in cōsilio, iubet operam dare, qđ rei priuatę iudex esset. Petilius recusabat, qđ
suos amicos, quos sibi in cōsilio esse vellet, ipse Verres retineret. Iste homo liberalis, negat
se quenq; retinere eorū, qui Petilio vellent adesse. itaq; discedunt omnes. Nam ceteri quoq;
impetrant, ne retineantur: qui se velle dicebant alterutri eorū, qui tum illud iudiciū habe-
bant, adesse. Itaq; iste solus cū sua cohorte nequissima relinquitur. Nō dubitabat Minutius,
qui Sopatrū defendebat, quin iste, quoniā cōsiliū dimisisset, illo die rem illam quęsiturus
non esset: cū repente iubetur dicere. respondet, ad quos: ad me inquit, si tibi idoneus videor,
qui de homine Siculo, ac Graculo iudicē. Idoneus es inquit, sed peruellē adessent hī, qđ affue-
rant antea, causamq; cognorāt. Dic inquit, illi adesse nō possunt. Nam hercule, inquit Q. Mi-
nutius, me quoq; Petilius, vt sibi in cōsilio adesset, rogauit. & simul a subselliis abire cœpit.
Iste iratus hominē verbis vehementioribus prosequit, atq; ei grauius etiā minari cœpit, qđ
in se tantū crimē, inuidiamq; conflagrit. Minutius qui Syracusis sic negociaret, vt sui iuris, di-
gnitatiscq; meminisset: & qui sciret, ita se in prouincia rem augere oportere, vt ne quid de li-
bertate perderet: hominī quę visa sunt, & quę tēpus illud tulit, & causa, respōdit. causam
se se dimisso, atq; ablegato cōsilio defensurū negauit. Itaq; a subselliis discessit, idemq; hoc
pręter Siculos ceteri Sopatri amici aduocatiq; fecerūt. Iste qđq; est incredibili sp̄ortunitate &
audaciā, tamē subito solus destitutus pertimuit, & conturbatus est. quid ageret, quo se ver-
teret, nesciebat. Si dimisisset eo tēpore quęstionem, post illis adhibitis, quos ablegarat, abso-
lutum iri Sopatrum videbat. sin autem hominem miserum, atq; innocentem condemnasset,
cū ipse prator sine cōsilio, reus autem sine patrono, atq; aduocatis fuisset, iudiciūq; C. Sa-
cerdotis rescidisset, inuidiam se sustinere nō posse tantā arbitrabatur. Itaq; astuabat dubita-
tione, versabat se in vtrāq; partē nō solū mente, verū etiā corpore: vt omnes, qui aderant, in-
telligere possent, in animo eius metū, cupiditatēq; pugnare. Erat hominū conuentus maximus,
summū silētiū, summa expectatio, quonā esset eius cupiditas eruptura. crebro dimitte-
bat se accēsus ad aurem Timarchides. Tū iste aliquādo, age dic inquit. Sopatrus implorare
hominum atq; deum fidem, vt cum cōsilio cognosceret. Tum repente iste testes citari iubet.

Prator sine
cōsilio iu-
dicare non
debebat.

Dicit vnus, & alter breuiter, nihil interrogat, praeo, dixisse p̄nūciat. Iste, quasi metueret, ne Petilius priuato illo iudicio transacto, aut dilato, cū ceteris in cōsiliū reuenteret, ita prope- rans de sella exiuit, hoīem innocentē, Sacerdote absolutū, indicta causa, de sentētia Scribae, Medici, Aruspiciq; cōdēnauit. Retinete, retinete hominē in ciuitate Iudices, parcite, & conseruate, vt sit q̄ vobiscū res iudicet, q̄ in Senatu sine vlla cupiditate de bello, & pace sentētia ferat. tamen si minus id qdē nobis, minus Po. Ro. laborandū est, qualis istius in senatu sentētia futura sit. quē em̄ eius auctoritas erit: quādo iste sentētia dicere audebit: aut poterit: quādo autē homo tāta luxuria, atq; desidia, nisi Februariō mēse aspirabit in curiā: verū veniat sane, decernat bellū Cretēsisibus, liberet Byzantios, regē appellet Ptolemēū, quā vult Hortensius, oīa dicat, & sentiat. minus hāc ad nos, minus ad vitā nostrā discrimē, minus ad fortunā nostrarū periculū pertinent. illud, illud est capitale, illud est formidolosum, illud optimo cuiq; metuēdū, qd̄ iste ex hoc iudicio si aliqua vi se eripuerit, in iudicib; sit necesse est: sententiā de capite ciuis Ro. ferat, sit in eius exercitu signifer, q̄ imperiū iudiciorū tenere vult, hoc populus Ro. recusat, hoc ferre nō potest, clamat: permittitq; vobis, vt si istis hoībus delectemini, si ex hoc genere splendorē ordini, atq; ornāmētū curiē cōstituere velitis, habeatis sane vobiscū istū senatorē: istū de vobis iudicē, si vultis, habeatis. De se hoīes, si q̄ extra istū ordinē sunt, qbus ne reiciundi qdē amplius q̄ triū iudicū praeclarā leges Corneliae faciūt potestātē, hūc hominē tā crudelē, tā sceleratū, tam nefariū nolūt iudicare. Etem̄ si illud est tam flagitiosum (qd̄ mihi omnium rerū turpissimū, maximeq; nefariū videt̄) ob rem iudicandā pecuniā accipere, precio habere addictā fidē, & religionē, quāto illud flagitiosius, improbius, indignius: eū a quo pecuniā ob absoluendū acceperis, cōdēnare, vt ne p̄donū qdē p̄tor in fide retinēda cōsuetudinē cōseruaret. Scelus est accipere ab reo, quāto magis ab accusatore: quāto etiā sceleratius ab vtroq;: Fidē cū proposuisses venalē in puincia, valuit apud te plus is, q̄ pecuniā maiore dedit. Cōcedo, forsitan aliq; aliquādo eiusmodi q̄ppia fecerit, cū vero si dē ac religionē tuā alteri addictā pecuniā accepta habueris, post eādē aduersariis tradideris maiore pecuniā, vtrūq; falles: & trades cui voles: & ei quē fecelleris, ne pecuniā qdē reddes: Quē mihi tu Bulbū: quē Stalenū: qd̄ vnq; huiusmodi monstrū, aut prodigiū audiūmus, aut vidim;: Qui cū reo trāsigat: post cū accusatore decidat: honestos hoīes, q̄ causam norint, ab leget, cōsilioq; dimittat: ipse solus reū absolutū, a quo pecuniā acceperit, cōdēnet, pecuniāq; nō reddat: hunc hominē iudicū numero habebimus: hic alterā decuriā senatoriā iudex obtinebit: hic de capite libero iudicabit: huic iudicialis tabella cōmittet̄: quā iste nō modo cera, verū etiā sanguine, si visum erit, notabit. Quid em̄ horū se negat fecisse: illud videlicet vnū, qd̄ necesse est, pecuniā accepisse. Quid nī iste neget: at eques Ro. q̄ Sopatrū defendit, q̄ oībus eius cōsiliis, rebusq; interfuit, Q. Minutius iuratus dicit pecuniā datā, iuratus dicit Timarchidē dixisse maiore ab accusatoribus pecuniā dari. Dicit hoc Sculi oēs, dicit oēs Halicenses, dicit etiā prae-textatus Sopatri filius, q̄ ab isto hoīe crudelissimo, patre innocētissimo, pecuniāq; patria priuatus est. Verū si de pecuniā testibus planū facere nō possem, illud negare posses: aut nūc negabis: te cōsilio tuo dimisso, viris primariis, q̄ in cōsilio C. Sacerdotis fuerant, tibiq; esse solebāt, remotis, de re iudicata iudicasse: teq; eū, quē C. Sacerdos adhibito cōsilio, causa cognita, absoluisset: eūdem remoto cōsilio, causa incognita cōdemnasse: Cū hęc cōfessus eris, quā in foro palam Syracusis, in ore, atq; oculis prouinciē gesta sunt: negato sane si voles, pecuniā accepisse. reperies credo aliq̄, q̄ cū hāc quā palā gesta sunt, videat: quarat quid tu occulte egeris, aut q̄ dubitet vtrū malit meis testibus, an tuis defensoribus credere. Dixi iam antea, me nō oīa istius, quē in hoc genere essent, enumeraturū: sed electurū ea, quē maxime excellerēt. Accipite nūc aliud eius facinus nobile, & multis locis saepe cōmemoratū, & eiusmodi, vt ī vno oīa maleficia inesse videant. attēdite em̄ diligēter, inuenietis id facinus natū a cupiditate, auctū per stuprū, crudelitate perfectū, atq; cōclusum. Sthenius est, is qui nobis affidet, Thermitanus, antea multis propter summā virtutē, summāq; nobilitatē, nunc propter suā calamitatem, atq; istius insignē iniuriā oībus notus. Huius hospitio Verres cū esset vsus, & cū apud eū nō modo Thermis saepenumero fuisset, sed etiam habitasset, domo eius oīa abstulit, quē paulo magis animū cuiuspiā, aut oculos possent cōmouere. Etem̄ Sthenius ab adolescētia paulo studiosius hāc cōparabat, supellectilē ex aere elegantiorē, & Deliacam, & Corinthiā, tabulas pictas, etiā argenti benefacti, prout Thermitani hoīs facultates ferebāt, satis, quā, cū esset in Asia adolescēs, studiose, vt dixi, cōparabat, nō tā suā delectatio

Aspirabit
in curiā.De numero
deiciend
orum Iu
dicum.

fabrefacti.

Actio. III.

nis causa, q̄ ad inuitationes, aduentusq; nostrorū hominū, suorū amicorū, atq; hospitiū. Quē
 posteaq; iste oīa abstulit, alia rogando, alia poscendo, alia sumēdo, ferebat Sthenius vt pote-
 rat. tāgebāt tamē animi dolore necessario, q; domū eius exornatā, atq; instructā fere iam iste
 reddiderat nudā, atq; inanē. Verūtamen dolorem suū nemini impertiebat, pratoris iniurias
 tacite, hospitis placide ferendas arbitrabatur. Interea cupiditate iste illa sua nota, atq; apud
 omnes peruulgata, cū signa quādā pulcherrima, atq; antiquissima Thermis in publico posi-
 ta vidisset, adamauit: a Sthenio petere coepit, vt ad ea tollēda operā suā profiteretur, seq; ad
 iuuaret. Sthenius vero non solū negauit, sed etiā ostendit id fieri nullo modo posse, vt signa
 antiquissima, monimēta P. Aphricani, ex oppido Thermitanorū incolumi illa ciuitate, impe-
 riorū populi Ro. tollerent. Ereni vt simul P. Aphricani quoq; humanitatē cognoscatis, oppi-
 dum Himerā Carthaginēses quondā ceperant, qd fuerat in primis Siciliae clarū & ornatum.
 Scipio q; hoc dignū populo Ro. arbitraret, bello cōfecto socios sua per nostrā victoriā, recu-
 perare, Siculis oībus Carthagine capta quae potuit, restituēda curauit. Himerā deleta, quos
 ciues belli calamitas reliquos fecerat, ii sese Thermis collocarāt in hisdem agri finibus, neq;
 longe ab oppido antiquo. Hi se patrū fortunā ac dignitatē recuperare arbitrabant, cum illa
 maiorū ornamenta in eorū oppido collocabant. Erant signa ex aere cōplura, in his mira pul-
 chritudine ipsa Himerā in muliebrē figurā, habitumq; formata, ex oppidi noīe, & fluminis.
 Erat etiā Stesichori poetē statua, senilis, incurua, cū libro, summo vt putāt artificio facta ab
 eo qui fuit Himerā, sed est, & fuit tota in Grācia summo propter ingenii honore & noīe.
 Hęc iste ad insaniā cōcupierat. Etiā qd pene preteritū, Capella qdā est, ea qdē mire, vt etiā nos,
 qui rudes harum rerū sumus, intelligere possumus, scite facta, & venuste. Hęc & alia Scipio
 nō negligēter abiecerat, vt homo intelligēs Verres auferre posset, sed Thermitanis restitue-
 rat, nō quo ipse hortos, aut suburbanū, aut locū omnino, vbi ea poneret, nullū haberet, sed
 si domū abstulisset, nō diu Scipionis appellarent, sed eorū ad quoscūq; ipsi morte venissent.
 Nūc his locis posita sunt, vt mihi semper Scipionis fore videant, itaq; dicant. Hęc cū iste po-
 sceret, ageretq; ea res in Senatu, Sthenius vehemētissime restitit: multaq; vt in primis Sici-
 lorū in dicendo copiosus est, cōmemorauit: vrbe relinquere Thermitanos esse honestius, q̄
 pati tolli ex vrbe monimēta maiorū, spolia hostium, beneficia clarissimi viri, indicia societa-
 tis populi Ro. atq; amicitie. Cōmoti animi sunt omnium, repertus est nemo, quin mori diceret
 fatius esse. Itaq; hoc adhuc oppidū Verres inuenit prope solū in orbe terrarū, vñ nihil eius-
 modi rerū de publico p vim, nihil occulte, nihil imperio, nihil gratia, nihil precio posset au-
 ferre. Verūtamen hasce eius cupiditates exponā alio loco, nūc ad Stheniū reuertar. Itaq; iste
 vehemēter Sthenio infensus, hospitiū ei renunciat, domo eius emigrat, atq; adeo exit, nam
 iam ante migrarā. Eum aut inimicissimi Sthenii domū suā statim inuitāt, vt animū eius in
 Stheniū inflammarēt, emētēdo aliqd, & criminādo. Hi aut erant inimici, Agathinus homo
 nobilis, & Dorotheus, q; habebat in matrimonio Callidamā Agathini eius filiā, de qua iste
 audierat. itaq; ad generū Agathini migrare maluit. Vna nox itercesserat, cū iste Dorotheū
 sic diligebat, vt diceret oīa inter eos esse cōmunia: Agathinū ita obseruabat, vt aliqū affine
 ac propinquū. cōtemnere etiā signū illud Himerā iam videbat, q; eū multo magis figura, &
 lineamēta hospite delectabāt. Itaq; hortari hoīes coepit, vt aliqd Sthenio periculi crearēt, cri-
 minisq; cōfingerēt. Dicebāt se illi nihil habere, qd dicerēt. Tum iste his aperte ostendit, & cō-
 firmavit, eos in Stheniū qcqd vellēt dicerēt, simulatq; ad se detulissent, pbaturos. Ita illi nō
 procrastināt, Stheniū statim educūt, aiunt ab eo literas esse corruptas. Sthenius postulat, vt
 secū sui ciues agāt de literis publicis corruptis, eiusq; rei legibus Thermitanorū actio sit: cū
 S. Po. q; Romanus Thermitanis, q; semper in amicitia, fideq; mansissent, vrbes, agros, legesq;
 suas reddidisset, P. q; Rutilius postea leges ita Siculis ex S. C. de decē legatorū sentētia dedis-
 set, vt ciues inter se legibus suis agerēt, idēq; hoc habuerit Verres ipse in edicto, vt de his
 oībus causis se ad leges reiceret. Iste homo omnium aequissimus, atq; a cupiditate omnium re-
 motissimus, se cogniturū esse cōfirmat, paratū ad causam dicendā venire hora octaua iubet.
 Nō erat obscurū qd homo improbus, ac nefarius cogitaret, neq; em ipse satis occultarat, nec
 mulier tacere poterat. Intellectū est id istum agere, vt cū Stheniū sine vllō argumento, ac si-
 ne teste dānasset, tum homo nefarius de homine nobili, atq; id aetatis, suorū hospite, virgīs
 supplicium crudelissime sumeret. Qd cū esset perspicuū, de amicorū hospitiūq; suorū sententia,
 Thermis Sthenius Romā profugit: hyemi fluctibusq; sese cōmittere maluit, q̄ nō istā cōmu-

Impertire
dolorem.

Proferet
operam.

Himera.

Capella.

Hospita.
Creat ali
qd piculi.

nem Sicularū rempestatē, calamitatēq; vitare. Iste homo certus, & diligēs, ad horam octauā preſto eſt: Stheniū citari iubet, quē poſteaq; videt nō adēſſe, dolore ardere, atq; iracūdia fure re cōepit: Venerios in domū Stheniū mittere: equites circū agros ei⁹, villasq; dimittere. Itaq; cum expeſtat qdnā ſibi certū afferat, ante horā tertiā noctis de foro nō diſceſſit. Poſtridie mane deſcēdit, Agathinū ad ſeſe vocat, iubet eū de literis publicis in abſentē Sthenium dicere. Erat ei⁹ ſimodī cauſa, vt ille ne ſine aduerſario qdē apud inimicū iudicē reperire poſſet qd diceret. Itaq; tātū verbo poſuit, Sacerdote preſore, Stheniū literas publicas corrupiſſe. Vix ille hoc dixerat, cū iſte pñūciat Stheniū literas publicas corrupiſſe videri. Et hęc preſerea addidit homo Venerius nouo mō, nullo exēplo, ob eā rē HS. quingēries Veneri Erycinę de Stheniū bonis exacturū, bonaq; eius ſtatim cōepit videri. Et vēdidit, ſi tātulū morę fuiſſet, quominus ei pecunia illa numeraret. Ea poſteaq; numerata eſt, contentus hac iniquitate nō fuit: palanode fella, ac tribunali pronūciat, ſi q; abſentē Stheniū rei capitalis reū facere vellet, ſeſe eius nomen recepturū, & ſimul vt ad cauſam accederet, nomēq; deferret, Agathinū nouū aſ finem atq; hoſpitē cōepit hortari. Tū ille clare, oībus audiētibus, ſeſe id nō eſſe facturū, neq; ſe vſq; eo Sthenio eſſe inimicū, vt eū rei capitalis affinē eſſe diceret. Hic tū repente Pacilius quidā homo egēs, & leuis accedit: ait, ſi liceret, nomē abſentis deferre ſe velle. Iſte vero, & licere, & fieri ſolere, & ſe recepturū. Itaq; deſert, edicit ſtatim vt Cal. Decēb. adſit Stheni⁹ Syracuſis. Hic, q; Romā veniſſet, ſatisq; feliciter anni iā aduerſo tēpore nauigalſet, oīaq; habuiſſet æquiora, & placabiliora q̄ animū Preſoris, atq; hoſpitis, rē ad amicos ſuos detulit, q̄ vt erāt acerba, atq; indigna, ſic videbant oīb⁹. Itaq; in Senatu cōtinuo Cn. Lētulus, & Lucullus cōſſi, faciūt mētione placere ſtatui, ſi Patrib⁹ C. viderēt, ne abſentes hoīes in puinciis rei fierēt rerū capitaliū: cauſam Stheniū totā, & iſti⁹ crudelitātē, & iniquitatē Senatū docēt. Aderat in Senatu Verres, pater iſtius, & flens vnūquēq; Senatorē rogabat, vt filio ſuo parceret, neq; tamē multū pſciebat. Erat em̄ ſumma volūtas Senat⁹. Itaq; ſentētię dicebant, cū Sthenius abſens reus factus eſſet, de abſente iudiciū nullū fieri placere: & ſi qd eſſet factū, id ratū eſſe nō placere. Eo die tranſigi nihil potuit, q; & id tēporis erat, & ille pater iſtius inuenerat homines qui dicēdo tēpus cōſumerēt. Poſtea ſenex Verres deſenſores, atq; hoſpites oēs Stheniū cōuenit, rogat eos, atq; orat, ne oppugnēt filiū ſuū, de Sthenio ne laborēt: cōfirmat his, curaturū ſe eſſe, ne quid ei p filiū ſuū noceret: ſe hoīes certos eius rei cauſa ī Siciliā, & terra, & mari miſſurū: & erat ſpatiū dierū ſere trigēta ante Cal. Decēbris, quo iſte, vt Syracuſis Sthenius adēſſet, edixerat. Commouētur amici Stheniū, ſperant fore, vt patris literis, nunciisq; filius ab incepto furore reuocetur: in Senatu poſtea cauſa non agitur. Veniunt ad iſtum domeſtici nunciū, literasq; a patre afferunt ante Calen. Decēbris, cum iſti etiam tum de Sthenio integra tota res eſſet: eodemq; ei tempore de eadem re literę complures a multis eius amicis, ac neceſſariis afferuntur. Hic iſte, qui preſ cupiditate, neq; officiū ſui, neq; piculi, neq; pietatis, neq; humanitatis rationē habuiſſet vnq; neq; in eo, qd monebat, auctoritatē patris, nec ī eo qd rogabat, voluntatem anteponendā putauit libidini ſuę. Mane Cal. Decēbris, vt edixerat, Stheniū citari iubet. Si abs te iſtā rē parēs tu⁹ alicuius amici rogatu, benignitate, aut ambitiōe induct⁹ petiſſet, grauiffima tamē apud te volūtas patris eē debuiffet. Cū vero abs te tui capitis cauſa peteret, hoīesq; certos domo miſiſſet, hiq; eo tpe ad te veniſſent, cū tibi ī itegro tota res eſſet, ne tū qdē te potuit ſi nō pietatis, at ſalutis tuę ratio ad officiū ſanitatēq; reducere: Citat reū, non reſpōdet. citat accuſatorē, (attendite quaſo, videte quātoperē iſtius amētię fortuna ipſa aduerſata ſit, & ſimul videte q; Stheniū cauſam caſus adiuuerit) citatus accuſator M. Pacilius neſcio quo caſu non reſpōdit, nō affuit. ſi preſens Sthenius reus eſſet factus, ſi manifeſto in maleficio teneret, tamē cū accuſator non adēſſet, Stheniū condēnari nō oporteret. Etenī ſi poſſet reus abſente accuſatore dānari, nō ego a Vibone Veliam paruulo nauigio inter fugitiuorū, ac prædonū, ac tua rela veniſſem. Quo tempore omnis illa mea ſeſtinatio fuit cū periculo capitis, obeā cauſam, ne tu ex reis eximerere, ſi ego nō affuiſſem ad diem. Quod igit erat in tuo iudicio optatiſſimum, me cum citatus eſſem, nō adēſſe, cur Sthenio non putati prodeſſe oportere, cum eius accuſator nō affuiſſet: Itaq; fecit vt exitus p̄ncipio ſimillimus reperiretur. quē abſentem reū fecerat, eū abſente accuſatore cōdemnat. Nūciabatur illi primis illis tēporibus id, quod pater quoq; ad eum pluribus verbis ſcripſerat, agitatum rem eſſe in ſenatu, etiam in concione Tribunum ple. de cauſa Stheniū M. Palicanū eſſe queſtū: poſtremo me ipſum apud collegiū hoc tribunoꝝ plebis, cū eorū oīm edicto nō li

Affinis rei capitalis.

Id tēporis.

Citare reū

Eximere ex reis.

etor negotiorū, prope collega Timarchidī numerabat: nūc obtineat eū locū, vt vix Apronio illi de familiaritate cōcedere videatur: & q se nō Timarchidīs, sed ipsius Verris collegā & sociū esse dicebat. Dubitate etiā si potestis, quin eū iste potissimū ex omni numero delegerit, cui improbā psonā imponeret, quē & huic inimicissimū, & sibi amicū esse arbitraret. Hic vos dubitatis Iudices tātā isti audaciā, tātā crudelitātē, tātā iniuriā vindicare! dubitatis exemplū iudicū illorū seq, q dānato Cn. Dolabella dānationē Philodami Opuntii resciderūt: q is, nō absens reus factus esset, q res iniquissima, & acerbissima est, sed cū ei legatio Romā a suis ciuibus esset data. Qd illi iudices multo ī leuiore causa statuerūt equitatē secuti, vos id statuerē in grauissima causa, p̄sertim aliorū auctoritate iā cōfirmatū dubitabitis! At quē hoīem C. Verres tātā, tā insigni iniuria, affecisti: cuius absentis nomē recepisti: quē absentē non modo sine crimine, & sine teste, verū etiā sine accusatore dānasti: quē hoīem dii immortales. nō dicō amicū tuū, qd apud hoīes charissimū est: nō hospite, qd sanctissimū est: nihil enī minus libēter de Sthenio cōmemoro: nihil aliud in eo quod reprehēdi possit inuenio, nisi q homo frugalissim⁹, atq; integerrim⁹, te hoīem plenū stupri, flagitiū, sceleris, domū suā inuitauit: nisi q qui C. Marii, & Cn. Pōpeiū, C. Marcelli, L. Sifenne, tui defensoris, ceterorū fortissimorū hospes fuisset, atq; esset, ad eū numerū clarissimorū hominū tuū quoq; nomē ascripserit. Quare de hospitio violato, & de isto tuo nefario scelere nihil queror. hoc dico, nō his q Sthenium norūt, hoc est nemini eorū q in Sicilia fuerūt. Nemo em̄ ignorat, quo hic in ciuitate sua splendore, qua apud oēs Siculos dignitate, atq; existimatione sit. sed vt illi quoq; q in ea puincia nō fuerūt, intelligere possint, in quo hoīe tu statueris exemplū eiusmodi, qd tū ppter iniquitatē rei, tū etiā ppter hoīs dignitatē, acerbū oibus, atq; intolerādū videret. Est ne Sthenius is, q oēs honores domi suę facillime cū adept⁹ esset, amplissime, ac magnificentissime gessit: q oppidū nō maximū, maximis ex pecunia sua locis cōibus, monimētisq; decorauit: cuius de meritis in Rēp. Thermitanorū, Siculorūq; vniuersos, fuit enea tabula fixa Thermis in curia: in qua publice erat de huius beneficiis scriptū & incisum, quę tabula tū imperio tuo reuulsa, nūc a me tamē reportata est: vt oēs, huius honores inter suos, & amplitudinē possent cognoscere. Est ne hic, q apud Cn. Pōpeiū clarissimū virū cū accusatus esset, q ppter C. Marii familiaritatē, & hospitii cōtra Rēp. sensisse eū inimici, & accusatores eius dicerēt: q tū magis inuidioso crimine, q vero accerseret: ita a Cn. Pōpeio absolutus est, vt in eo ipso iudicio Pōpei⁹ hūc hospitio suo dignissimū statuerit: ita porro laudat⁹ defensūq; ab oibus Siculis, vt idē Pōpeius nō ab homine solū, sed etiā a puincia tota se huius absolutiōe inire gratiā arbitraret: Postremo est ne hic, q & animū in Rēp. habuit eiusmodi, & tantū auctoritate apud suos ciues potuit, vt p̄iceret in Sicilia solus te p̄tore, qd nō modo Siculus nemo, sed ne Sicilia qdē tota potuisset: vt ex oppido Thermis nullum signū, nullū ornamētum, nihil ex sacro, nihil de publico attingeres: cū p̄sertim essent multa preclara, & tu oīa cōcupisses. Deniq; nūc vide qd inter te, cuius noīe apud Siculos dies festi agitant, & p̄clara illa Verrea celebrant, cui statue Romę stāt inaurate a cōmuni Sicilia, quēadmodū inscriptū videm⁹, date. Vide inquā qd inter te & hūc Siculū, qui abs te est patrono Sicilię cōdēnatus, interfit. Hunc ciuitates ex Sicilia permulta testimonio suo, legationibusq; ad eam rem missis publice laudat: te oīm Siculorum patronū vna Mamertina ciuitas socia furtorū ac flagitiorū tuorū, publice laudat, ita tamē nouo more, vt legati ledāt, legatio laudet: ceterę quidē ciuitates publice literis, legationibus, testimoniis accusant, querūtur, arguūt: si tu absolut⁹ sis, funditus euerfas se eē arbitrantur. Hoc de homine, ac de huius bonis etiā in Eryco monte monimentum tuorum flagitiorum crudelitatisq; posuisti, in quo Sthenii Thermitani nomen ascriptum est. Vidi argentēū Cupidōnē cū lāpade, quid tandē habuit argumenti, aut rationis res, quāobrem in eo potissimum Sthenianum premiū poneretur: vtrū hoc signū cupiditatis tuę: an trophęum necessitudinis, atq; hospitii: an amoris indicium esse voluisti? Faciūt hoc homines, quos in summa nequitia nō solū libido, & voluptas, verū etiā ipsius nequitie fama delectat, vt multis ī locis notas ac vestigia scelerū suorū relinqui velint. Ardebat amore illi⁹ hospite, propter quā hospitii iura violarat. hoc nō solū sciri tū, verū etiā cōmemorari semp volebat. Itaq; ex illa ip̄are, quā accusante Agathino gesserat, Veneri potissimū deberi premiū statuit, quę illā totam accusationem iudiciūq; cōflarat. Putarē te gratū in deos, si hoc donū Veneri nō de Sthenii bonis dedisses, sed de tuis: quod facere debuisti, p̄sertim cū tibi illo ipso anno a Chelidone

Cōcedere illi de familiaritate.

Isto tuo.

Incisum in tab. aenea.

Accersere inuidioso crimine.

Inauratę statue.

Cupido argenteus.

Cōflarat iudiciū.

Actio. III.

venisset hæreditas. Hic ego si hæc causam nõ omnium Siculorum rogatu recepisssem: si hoc a me muneris nõ vniversa prouincia poposcisset: si me animus atq; amor in Republica, existimatioq; offensa nostri ordinis, ac iudiciorum nõ hoc facere coegisset, atq; hæc vna causa fuisset, q; amicũ atq; hospitem meũ Stheniũ, quẽ ego in questura mea singulariter dilexisssem, de quo oprime existimasssem, quẽ in prouincia existimationis meę studiosissimũ, cupidissimũq; cognossem, tam crudeliter, scelerate, nefarieq; tractasses: tamẽ digna causa, cur inimicitias hominis improbissimi suscipere, vt hospitis salutẽ fortunãq; defenderẽ. Fecerũt hoc multi apud maiores nostros: fecit etiã nuper homo clarissimus Cn. Domitius, qui M. Syllanũ cõsularem virum accusauit propter Egritomarĩ transalpinĩ hospitis iniurias. putarẽ me idoneũ qui exemplũ sequerer humanitatis, atq; officii, proponerẽq; spem meis hospitibus, ac necessariis, quo tutiorẽ vitã sese meo præsidio victuros esse arbitrarent. Cũ vero in cõmunibus iniuriis totius prouinciã Stheniũ quoq; causa cõtineat, multiq; vno tẽpore a me hospites, atq; amici publice, priuatimq; defendant, profecto vereri nõ debeo, ne q; hoc qd facio, non existimet summi officii ratione impulsus coactũq; suscepisse. Atq; vt aliquãdo de rebus ab isto cognitis, iudicatisq;, & de iudiciis datis dicere desistamus: & quoniã facta istius in his generib; in finita sunt, nos modũ aliquẽ, & finẽ orationi nostre, criminibusq; faciamus: pauca ex aliis generibus sumemus. Audistis ob ius dicendũ Q. Variũ dicere procuratores suos isti centũ & triginta millia nummũ dedisse: meministis Q. Variũ testimoniũ, remq; hæc totã C. Sacerdotis hominis ornatissimĩ testimonio cõprobari: scitis Cn. Sertiũ, M. Modiũ equites Romanos, sexcentos præterea ciues Ro. multosq; Siculos dixisse, isti pecuniã ob ius dicendũ dedisse. de quo crimine qd ego disputẽ, cũ totũ positũ sit in testibus: quid porro argumẽter, qua de re dubitare nemo possit? An hoc dubitabit quisq; omnium, quin is venalẽ in Sicilia iurisdictionẽ habuerit, qui Romẽ totũ edictũ, atq; omnia decreta vendiderit: & quin ab Siculis ob decreta interponẽda pecuniam acceperit, qui M. Octauium Ligurem ob ius dicendum poposcerit. Quod enĩ præterea genus pecuniã cogendã præterit: qd non ab omnibus aliis præteritum, excogitauit: ecquã res apud ciuitates Siculas expetit, in qua aut honos aliquis sit, aut potestas, aut procuratio, quin eam rem tuã ad tuũ questum, nundinationẽq; hominũ traduxerit? Dicta sunt priore actione, & priuatim, & publice testimonia: legati Centuripini, Halesini, Catinenses, Panormitaniq; dixerũt, multarũ præterea ciuitatũ, iam vero priuatim plurimũ. quorum ex testimoniis cognoscere potuistis, totã Sicilia per trienniũ neminẽ vlla in ciuitate Senatore factum esse gratis: neminem, vt leges eorum sunt, suffragiis, neminẽ nisi istius imperio, aut literis: atq; in his omnibus Senatoribus cooprandis, nõ modo suffragia nulla fuisse, sed ne genera qdem spectata esse, ex quibus in eũ ordinẽ cooptari liceret, neq; census, neq; ætatis, neq; cætera Siculorum iura valuisse. Quicũq; Senator voluerit fieri, quis puer, quis indigenus, quis ex eo loco, ex quo nõ liceret, si is precio apud istum fieret idoneus, vt vinceret, factum esse semp: nõ modo Siculorum nihil in hac re valuisse leges, sed ne ab Senatu qdẽ populorũ Ro. datas. Quas em̃ leges sociis amicisq; dat is, q; habet imperiũ a populo Romano, auctoritatẽ legũ dandarũ a Senatu, hæc debet & populi Ro. & Senatus existimari. Halesini pro multis, & magnis suis, maiorũq; suorũ in Remp. nostrã meritis, atq; beneficiis, suo iure, nuper L. Licinio Q. Mutio Cosl. cũ haberet inter se cõtrouersias de Senatu cooptando, leges ab Senatu nõ petiuerũt. Decreuit Senatus honorifico S. C. vt his C. Claudius Appii filius Pulcher Prætor de Senatu cooptando leges cõscriberet. C. Claudius adhibitis omnibus Marcellis, q; tũ erant, de eorum sententiã leges Halesinis dedit. in quibus multa sanxit de ætate hominũ, ne quis minor triginta annis natu, de quæstu, quẽq; fecisset, ne legere, de censu, de ceteris reb; quæ omnia ante istũ prætorẽ, & nostrorum magistratuum auctoritate, & Halesinorũ summa voluntate valuerũt. Ab isto & præco q; voluit, istũ ordinẽ precio mercatus est, & pueri annorum senũ septenũq; denũ Senatoriũ nomen nundinati sunt: & qd Halesini antiquissimi, & fidelissimi socii, atq; amici Romẽ impetrarãt, vt apud se ne suffragiis qdẽ fieri liceret, id precio vt fieri posset, effecit. Agrigentini de Senatu cooptando Scipionis leges antiquas habet. in quibus & eadẽ illa sancta sunt, & hoc amplius. Cũ Agrigentinorum duo genera sint, vnũ veterũ, alterũ colonorum, quos T. Manlius Prætor ex S. C. de oppidis Siculorum deduxit Agrigentũ, cautũ est in Scipionis legibus, ne plures essent ex Colonorũ numero, q; ex vetere Agrigentinorũ. Iste qui omnia iura precio exequasset, omniumq; rerũ delectũ, atq; discrimẽ pecunia sustulisset, non modo illa, quæ erant ætatis, ordinis, quæstusq; permiscuit, sed etiam in his duobus

Senũ, septem
numq; de
num.

generibus ciuū nouorū, veterūq; delectū ordinēq; turbauit. Nā cū esset ex veterū numero qdā Senator demortuus, & cū ex utroq; genere par numerus reliquus esset, veterē cooptari necesse erat legibus, vt hīs amplius numerus esset. Quē cū ita se res haberet, tamē ad istū uenerūt emprtū locū illū Senatoriū nō solū veteres, sed etiā noui. fit vt precio nouus uincat, literasq; a pratore afferat. Agrigētini ad istū legatos mittūt, q; eū leges doceāt, cōsuetudinēq; omniū annorū demonstrēt, vt iste intelligeret, ei se illū locū uēdidisse, cui ne cōmerciū qdē eē oporteret. Quorū oratione iste, cū precū iam accepisset, ne tātulū quidē cōmotus est. Idē fecit Heraclea. Nā eo quoq; colonos P. Rupilius deduxit, legesq; similes de cooptādo senatu, ac de numero veterū, ac nouorū dedit. Ibi nō solū iste, vt apud ceteros, pecuniā accepit, sed etiā genera veterū, ac nouorum, numerūq; permiscuit. Nolite expectare dum oēs obeam oratione mea ciuitates, hoc vno cōplector crimine oīa: neminē isto Pratore Senatorem fieri potuissē, nisi q; isti pecuniā dedisset. Hoc idē trāffero in magistratus, curatiōes, sacerdotia: qbus in rebus nō solū hominū iura, sed etiā deorū religiones immortalīū oēs repudiāuit. Syracusis lex est de religione, quā in annos singulos Iouis sacerdotē sortito capi iubeat: qd apud illos amplissimū sacerdotiū putat. Cū suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, res reuocāt ad sortē. Perfecerat iste imperio, vt pro suffragio Theomnastus familiaris suus in tribus illis renūciaret. In sorte, cui imperare nō poterat, expectabāt hoīes qdnā acturus esset. homo id qd erat facillimū, primo uerat sortiri, iubet extra sortē Theomnastū renūciari. negant id Syracusani per religiones sacrorū vllō modo fieri posse: fas deniq; negāt esse. Iubet ille sibi legem legi. recitat. in qua scriptū erat: vt quot essent renūciati, tot in hydriā sortes conicerent: cuius nomē exisset, vt is haberet sacerdotiū. Homo ingeniosus, & peracutus, optime inquit. Nempe scriptū ita est, quot renūciati erūt. Quot ergo sunt renūciati: respōsum, tres. nūquid igit oportet, nisi tres sortes cōiici: vnā educi: nihil. cōiici iubet tres, in qbus oībus scriptū esset nomē Theomnasti. Fit clamor maximus, cū id vniuersis indignū, atq; nefariū uideret. Ita Iouis illud sacerdotiū amplissimū per hāc rationē Theomnasto dat. Cephaleđi mēsis est certus, quo mēse sacerdotē maximū creati oporteat. erat eius honoris cupidus Arthenio qdā, Climachias cognomine, homo sane locuples, & domi nobilis: sed is fieri nullo modo poterat, si Herodot⁹ qdā adesset. ei locus ille, atq; honos in illū annū ita deberi putabat, vt ne Climachias qdem cōradiceret. Res ad istū defertur, & isti⁹ more decidit. Toreumata sane nota, ac preciosa auferunt. Herodotus Romae erat, satis putabat se ad comitia tēpore uenturū, si pridie uenisset. Iste ne aut alio mense ac fas erat, comitia haberent, aut Herodoto praesenti honos adimeret, id qd iste nō laborabat, Climachias minime uolebat, excogitat. dixi iandudū, nō est homo acutior quisq;, nec fuit. Excogitat inquā, quēadmodū mense illo legitimo, comitia haberent, nec tamē Herodotus adesse posset. Est cōsuetudo Siculorū, ceterorūq; Graecorū, q; suos dies mēsesq; cōgruere uolūt cū solis lunaeq; ratione, vt nōnunq; si quid discrepet, eximāt vnū aliqū diē, aut summū biduū ex mēse, quos illi Exheresimos dies nomināt. Itē nōnunq; vno diē longiorē mēsem faciūt, aut biduo. Quē iste cum cognouisset, nouus astrologus, q nō tam caeli rationē, q; calati argēti duceret, eximi iubet nō diē ex mēse, sed ex anno vnū dimidiatūq; mēsem hoc modo, vt quo diē (uerbi causa) eē oporteret Idus Ianuarias, eo diē Cal. Martias pscriberet. itaq; fit oībus recusantibus, & implorantibus, diē is erat legitimus comitiis habēdis. eo modo sacerdos Climachias renunciatus est. Herodotus cū Roma reuertit, diē ut ipse putabat, qndecim ante comitia, offendit eū mēsem comitalē comitiis iam abhinc triginta diebus habitis. Tūc Cephaleđitani decreuerūt intercalariū. XLV. diē lōgū, vt reliqui mēses in suā rationē reuertent. Hoc si Romē fieri posset, certe aliqua rōne expugnasset iste, vt diē. XLV. iter binos ludos tollerent, p quos solos iudiciū fieri posset. Iam uero Censores quēadmodū in Sicilia isto pratore creati sunt, opere precū est cognoscere. Ille em̄ est magistratus apud Siculos, q; diligentissime mandat a populo ppter hanc causam, q; oēs Siculi ex censu quotannis tributa cōferūt: in cēsu habendo potestas oīs aestimationis habende, summaq; faciūde censori permittit. itaq; eū populus, cui maximā fidē suarū rerū habeat, maxima cura deligit: & propter magnitudinē potestatis hīc magistratus a populo summa ambitionē cōtēdit. In ea re nihil obscure facere uoluit, nō in fortitiōe fallere, neq; diē de fastis eximere, nihil sane uafre nec malitiose facere conatus est. sed vt studia, cupiditatesq; honorū, atq; ambitioēs ex oībus ciuitatib⁹ tolleret, quē res euertēde Reipublicae causa solēt esse, ostendit sese in oībus ciuitatibus Censores esse facturum. Tanto mercatu

Demortu⁹

Sortito

Toreumata
Pridie

Exheresimos
dies

Intercalari
us mēsis

Censores
Siculi

Cōtēditur
magistrat⁹
a populo.
Mercatus

Actio. III.

Prætoris indicto, concurrere vndique ad istum Syracusas, flagrabat domus tota prætoris studio hominum, & cupiditate: nec mirum, omnibus comitiis tot civitatum vna in domum reuocatis, tanta ambitione provincie totius in vno cubiculo inclusa. Exquisitis palam precibus, & licitationibus factis describebat Censores binos in singulas civitates Timarchides, is suo labore, suisque accessionibus huius negotii, atque operis molestiam consequerebatur, ut ad istum sine ulla sollicitudine summa pecunia referret. Iam hic Timarchides quantum pecuniam fecerit, plane adhuc cognoscere non potuisti: verumtamen priore actione, quam varie, quam improbe prædatus esset, multorum ex testimoniis cognouisti. Sed ne miremini qua ratione hic tantum apud istum libertus potuerit, exponam vobis breuiter, quod hominis sit, ut & istius nequitiam, quam illum secum habuerit, eo præsertim numero ac loco, & calamitate provincie cognoscatis. In mulierum corruptelis, & in omni eiusmodi luxuria, atque nequitia mirandum in modum reperiebatur hunc Timarchidem ad istius flagitiosas libidines, singulariterque nequitiam naturam, atque aptum fuisse, inuestigare, adire, appellare, corrumpere, quiduis facere in eiusmodi rebus, quousque callide, quousque audacter, quousque impudenter. eundem miramur quædam excogitare genera furandi: nam ipsum Verrum tantum semper auaritia hians, atque imminenti fuisse ingenio, & cogitatione nulla, ut quicquid sua sponte faciebat, ite ut vos Romæ cognouisti, eripere potius, quam fallere videret. Hæc vero eius erat ars, & malitia miranda, quam acutissime me tota provincia quod cuique esset necesse, indagare, & odorari solebat, omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare, ex utraque parte causas, voluntates perspicere, facultates, & copias: quibus opus esset, metum afferre: quibus expediret, spem ostendere: accusatorum, & quadruplatorum quicquid erat, habebat in potestate: quod cuique negotium consulari volebat, nullo labore faciebat: istius omnia decreta, imperia, literas peritissime, & callidissime venditabat. Ac non solum erat administrator istius cupiditatum, verum etiam ipse sui meminerat æque: non solum nummos, si qui isti exciderant, tollere solebat, ex quibus pecuniam maximam fecit, sed etiam voluptatum, flagitiorumque istius ipse reliquias colligebat. Itaque in Sicilia non Athenionem, qui nullum oppidum cepit, sed Timarchidem fugitiuum omnibus oppidis per triennium scitote regnasse: in Timarchidis potestate sociorum populi Romani antiquissimorum, atque amicissimorum liberos, matresfamilias, bona, fortunamque omnes fuisse. Is igitur, ut dico, Timarchides in omnes civitates accepto precio Censores dimisit. comitia isto prætoris Censorum ne simulandi quod causa fuerunt. Iam hoc impudenter, palam (licebat enim videlicet legibus) singulis Censoribus denarii trecenti ad statum prætoris imperati sunt. Censores CXXX. facti sunt, pecuniam illam ob censuram contra leges, clam dederunt: hæc denaria CXXXIX. millia palam saluis legibus contulerunt in statum. Primum quo tantam pecuniam: deinde quomodo Censores ad statum tibi conferebant: ordo aliquis Censorum est collegium: genus aliquod hominum: Nam aut publice civitates istos honores habent: aut si generatim, homines, ut aratores, ut mercatores, ut nauicularii. Censores quidemque magis, quam Aediles: ob beneficium: ergo hoc fatebere, abs te hæc petita esse, nam emptam non audebis dicere, te eos magistratus hominibus beneficium non reip. causa permisisse: Hoc autem tute fatebere: quisquam dubitabit, quin tu istam apud populos provincie istius inuidiam atque offensionem non ambitionis, neque beneficiorum collocandorum, sed pecunie conciliandæ causa susceperis: Itaque Censores fecerunt idem, quod in nostra rep. solent ii, qui per largitionem magistratus adepti sunt: dederunt operam, ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. Sic census habitus est te prætoris, ut eo censu nullius civitatis respu. posset administrari. Nam locupletissimi cuiusque census extenuarunt, tenuissimi auxerunt. Itaque in tributis imperadis tantum oneris plebi imponebat, ut etiam si homines tacerent, res ipsa illum censum repudiaret: id quod intelligi facillime re ipsa potest. Nam L. Metellus, qui postea ego inquirendi causa in Sicilia venit, repetere Letilium aduentum istius non modo amicus, verum etiam cognatus factus est, is quod videbat istius censum stare nullo modo posse, eum censum obseruari iussit, qui viro fortissimo, atque innocentissimo Sex. Peduceo prætoris habitus esset. Erant enim tunc Censores legibus facti, delecti a suis civitatibus, quibus si quod commississent, poenæ legibus erant constituta. Te autem prætoris qui Censor aut legem metuerit, qua non tenebat, quoniam creatus lege non erat: aut animaduersionem tuam, cum id quod abs te emerit, vendidisset: Teneat iam sane meos testes Metellus, cogat alios laudare, sicut in multis conatus est, modo hæc faciat, quæ fecit, quæ enim vni tanta a quoque contumelia, quis tanta ignominia affectus est: Quinto quoque anno Sicilia tota censetur, erat censa prætoris Peduceo: quintus annus cum te prætoris incidisset, censa denuo est. Postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat, censes dicit de integro sibi creari placere, interea Peduceanum censum obseruari iubet. Hoc si tuus inimicus tibi fecisset, tætes si anno æquo provin-

cia tulisset, inimici iudiciū graue videre fecit amicus recēs, & cognatus volūtarius. Aliter enī, si prouinciā retinere, si saluus ipse in puincia vellet esse, facere nō potuit. Expectas etiā quid hi iudicent: si tibi magistratū abrogasset, minore ignominia te affecisset, q̄ cū ea, quæ in magistratu gessisti, sustulit, atq; irrita iussit esse. Neq; in hac re sola fuit eiusmodi: sed anteq̄ ego in Siciliā veni, in maximis rebus, ac plurimis. Nā & Heraclio Syracusano tuos illos palæstritas bona restituere iussit, & Epicrati Bidinos, & pupillo Drepanitano A. Claudium: & nisi mature Letilius in Siciliā venisset cū literis, minus. XXX. diebus Metellus totā triennii pręturā rescidisset. Et quoniā de ea pecunia quā tibi ad statuā Censores cōtulerūt, dixi, nō mihi prętermittendū videt, ne illud qdem genus pecuniæ cōciliata: quā tu a ciuitatibus statuarū noīe coegisti. Video em̄ eius pecuniæ summā esse pergradē, ad HS. CXX. millia. tā tū cōficiē ex testimoniis, ac literis ciuitatū: & iste hoc cōcedit, nec potest aliter dicere. Quare re cuiusmodi putamus esse illa, quę negat, cū hec tam improba sunt, quę fatet: Quid enī vis cōstitui? cōsumptā esse omnē istā pecuniā in statuis: fac ita esse, tamē hoc ferēdū nullo modo est, tātā ab sociis pecuniā auferri, vt oībus in angiporis prædonis improbissimi statuę ponātur, qua vix tuto transire posse videamur. Verū vbi tandē, aut in qbus statuis ista tanta pecunia cōsumpta est? Cōsumet inquires. scilicet expectemus legitimū illud quinquenniū. si hoc interuallo nō cōsumpserit, tū deniq; nomē eius de reperundis pecuniis statuarū noīe defereamus. Reus est maximis plurimiq; criminib⁹ i iudiciū vocatus, HS. CXX. millia ex hoc vno genere capta videmus, si cōdēnatus eris, nō opinor id ages, vt ista pecunia in quinquēnio cōsumat in statuis. Sin absolutus eris, qs erit tā amēs, q te ex tot, tantisq; criminibus elapsū, post quinquenniū statuarū noīe accersat: Ita si neq; adhuc cōsumpta ista pecunia est, & est perspicuum, non consumptū iri, licet iam intelligamus inuētā esse rationē, quare & iste HS. CXX. millia vno genere conciliarit, & ceperit: & ceteri, si a vobis hoc erit cōprobatū, q̄ volent magnas hoc nomine pecunias capere possint: vt iam videamur non a pecuniis capiendis homines absterre, sed cum genera quædam pecuniarum capiendarū cōprobaremus, honesta nomina turpissimis rebus imponere. Etenī si C. Verres HS. CXX. millia populū verbigratia Centuripinū poposcisset, eamq; ab his pecuniā abstulisset, non opinor esset dubium, quin eum, si tum id planū fieret, condemnari necesse esset. Quid si eundē populū HS. CCC. millia poposcit: eaq; coegit, atq; abstulit: num idcirco absoluet, q̄ ascriptū est, eā pecuniā datam statuarū noīe? Nō opinor, nisi forte id agimus, nō vt magistratib⁹ nostris timorē accipiēdi, sed vt sociis causam dandī auferre videamur. Qz si quem statuæ magnopere delectant, & si qs earū honore & gloria ducit, is hac tamē cōstituat necesse est, primū auertī pecuniā domū non placere, deinde ipsarū statuarū modū quendā esse oportere, deinde illud certe, ab inuicis exigī non oportere. Ac de auertenda pecunia, quæro abs te, vtrum ipsæ ciuitates solite sint statuas tibi faciundas locare ei, cui possent optima cōditiōne locare: an aliquē curatorē præficere, qui statuis faciundis præset: an tibi, an cui tu imperasses adnumerare pecuniam? Nā si per eos statuæ fiebāt, a quibus tibi iste honos habebat, audio, sin Timarchidī pecunia numerabat, desine quæso simulare te, cū in manifesto furto tenere, glorię studiosum, ac mōnimentorū fuisse. Quid vero modū statuarū haberi nullum placet: atqui habeat necesse est. Etenī sic cōsiderate. Syracusana ciuitas (vt eā potissimū nominē) dedit ipsi statuā, est honos, & patri, bella hæc pietatis, & quæstiosa simulatio. & filio, ferri hoc potest, hunc enī puerū nō oderāt, verū quoties, & quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? Vt in foro statuerent, abstulisti: vt in curia, coegisti: vt pecuniā conferrēt in eas statuas, quę Romę ponerent, imperasti: vt iidem darent homines aratorū nomine, dederunt: vt iidem pro parte in cōmune Siciliæ conferrent, etiā id cōtulerunt. Vna ciuitas cū tot nominibus pecuniā contulerit, idem hoc ciuitates ceterę fecerint, nō res ipsa vos admonet, vt puteris modū aliquē huic cupiditati cōstitui oportere: Qz si hoc volūtate sua nulla ciuitas fecit, si oēs imperio, metu, vi, malo adductæ tibi pecuniā statuarū noīe cōtulerūt, p deos imortales nū cui dubiū esse poterit, quin etiā si qs statuerit accipere ad statuas licere, idē tñ statuat, eripere certe nō licere? Primū igit in hanc rem testē totā Siciliā citabo, quę mihi vna voce statuarū noīe magnā pecuniā per vim coactam esse demonstrat. Nā legationes oīm ciuitatū in postulatis cōmunib⁹, quę fere oīa ex tuis iniuriis nata sunt, et hoc ediderūt, vt statuas ne cui, nisi cū is de puincia decessisset, pollicerēt. Tot ptores i Sicilia fuerūt, toties apud maiores nostros Siculi Senatū adierūt, toties hac memoria, tñ huiusce noui postulati gen⁹, atq; p̄cipiū tua prętura attu

Rescidisse
pręturam.
Cōciliata
pecunia.Angipor
tus.Proper
tate Vole

Timoram.

Curator.

Statuæ pa
uinciarum
rectorum.

Actio. III.

lit. Quid em̄ tā nouū, nō solū re, sed genere ipso postulādi! nā cetera quę sunt in iisdem postulatis de iniuriis tuis, sunt noua, sed tamē nō nouo modo postulant. Rogāt, & orant Siculi Patres cōscriptos, vt nostri magistratus posthac decumas lege Hieronica vēdant. tu primus cōtra vēdideras, audio. Ne in cellā qđ imperat, astimēt. Hoc quoq; propter tuos ternos denarios nūc primū postulat. sed genus istud postulādi nō est nouū. Ne absentis nomen recipiat. Ex Sthenii calamitate, & tua natū est iniuriā. Cetera nō colligā, sunt oīa Siculorū postulata eiusmodi, vt crimina collecta ī vnū te reū esse videant. Quę tamē oīa nouas iniurias habēt, sed postulationū formulas vsitatas. Hoc postulatū de statuīs ridiculū esse videat, qđ rē sententiāq; nō perspiciat. postulat enī nō vt ne cogant statuere, quid igit: vt ipsis ne liceat, qđ est hoc: petis a me, qđ in tua potestate est, vt id tibi facere ne liceat. pete potius ne quis te inuitū polliceri, aut facere cogat. Nihil ergo inquit, negabūt enī oēs se coegisse. Si me saluū eē vis, mihi impone istā vim, vt omnino mihi ne liceat polliceri. Ex tua prętura primū nata est hęc postulatio, qua cum vtunt, hoc significant, atq; adeo aperte ostēdūt, sese ad statuas pecuniā metu, ac malo coactos inuitissimos cōtulisse. Quid: si hoc nō dicant, tibi non necesse sit ipsi id cōfiteri: vide & perspice qua defensione sis vsurus, iā intelliges hoc tibi de statuīs cōfitendū esse, mihi em̄ renunciat, ita constitui a tuis patronis hoībus ingeniosis causam tuā, & ita eos abs te institui, & doceri, vt quisq; ex puincia Sicilia grauior hō, atq; honestior testimoniuū vehemētius dixerit, sicuti Siculi multi primarij viri multa dixerūt, te statim hoc istis tuis defensoribus dicere, inimicus est ppter ea qđ arator est. Itaq; vno genere opinor circumscribere habetis in animo genus hoc aratorū, qđ eos infenso animo, atq; inimico venisse dicatis, quia fuerit in decumis iste vehemētior. Ergo aratores inimici, oēs aduersarij, nemo eorū est quin perisse te cupiat. omnino preclare te habes, cū is ordo, atq; id genus hominum, qđ optimū, atq; honestissimū est, a quo vno & summa reip. & illa prouincia maxime cōtinetur, tibi est inimicissimū. Verū esto, alio loco de aratorū animo, & iniuriis videro, nūc qđ mihi abs te dat, id accipio, eos tibi esse inimicissimos. Nepe ita dicis, ppter decumas, cōcedo: nō quaro iure an iniuriā sint inimici. Quid ergo illa sibi statuae equestres inauratae volūt, quae populi Ro. oculos animosq; maxime offendunt, propter adē Vulcani! nā scriptū esse video, quādā ex his statuā aratores dedisse. Si honoris causa statuā dederūt, inimici nō sunt, credamus testibus: tū enī honorī tuo, nūc iam religioni suę cōsulūt. Sin autē metu coacti dederūt, cōfiteare necesse est, te in prouincia pecuniā statuarū noīe per vim ac metū coegisse. Vtrum tibi cōmodū est elige, equidē libēter hoc iam crimē de statuīs relinquā, vt mihi tu illud concedas, qđ tibi honestissimū est, aratores tibi ad statuā honoris tui causa volūtate sua cōtulisse. da mihi hoc, iam tibi maximā partē defensionis precideris. non enim poteris aratores tibi iratos esse, atq; inimicos dicere. O causam singularē, O defensionē miserā ac perditam, nolle hoc accipere reū ab accusatore, & eū reū, qđ prator ī Sicilia fuerit: aratores ei statuā sua volūtate statuisse, aratores de eo bene existimare, amicos esse, saluū eē cupere, metuit, ne hoc vos existimetis. obruit enim aratorum testimoniis. vtar eo qđ dat. Certe ita vobis hoc iudicandum est: eos qui isti inimicissimi sunt, vt ipse existimari vult, ad istius honores, atq; monimēta pecuniā nō volūtate sua cōtulisse. Atq; vt hoc tamē facillime intelligi possit, quem vobis eorū testiū, quos produxero, qđ in Sicilia testes sint, siue ciuē Ro. velis, siue Siculum, rogato, & eū qđ tibi inimicissimus esse videbit, qđ se spoliatū a te dicet, ecqd suo noīe in tuā statuā contulerit: neminē reperies, qđ neget. etenim oēs dederūt. Quēq; igit putas dubitaturū, quin is, quē inimicissimū tibi esse oporteat, qđ abs te grauissimas iniurias acceperit, pecuniā statuę nomine dederit vi, atq; imperio adductus, nō officio, ac voluntate! Et huius ego pecunię iudices, quae permagna est, impudētissimeq; coacta ab inuitis, nō habui rationē, neq; habere potui, quātū ab aratoribus, quantū ab negotiatorib; qđ Syracusis, qđ Agrigēti, qđ Panormi, qđ Lilybei negotiant, esset coactū, quoniam intelligitis ipsius quoq; cōfessione ab inuitissimis coactam esse. Venio nunc ad ciuitates Siciliae, de quibus facillime iudiciū fieri volūtatis potest. An etiā Siculi inuiti cōtulerūt: nō est probabile. Etenim sic C. Verrē praturā in Sicilia gessisse cōstat, vt cū vtriusq; satisfacere nō posset, & Siculis, & togatis, officii potius ī socios, qđ ambitionis in ciues rationē duxerit. Itaq; non solū patronū istius insulae, sed etiā Sotera inscriptū vidī Syracusis. Hoc quātū est: ita magnū, vt latino vno verbo exprimi nō possit. is est nimirū Soter, qđ salutē dedit. Hui; nomine etiā dies festi agitant pulchra illa Verrea, nō quasi Marcella, sed pro Marcellis, quę illi isti iussu sustulerūt. Huius fornix in foro Syracusis

Propter
adē Vulc.

SOTER

est, in quo nudus filius stat: ipse autē ex equo nudatā ab se prouinciam prospicit. Huius sta-
 tue oibus * que hoc demonstrare videatur, propemodū nō minus multas statuas
 istū posuisse Syraculis, q̄ abstulisse. † Huic etiā Romę videmus in basi statuarū maximis lites
 ris incisum, a cōmuni † Sicilię datas. Quāobrem qui hoc probari potest cuiq̄, tantos honores † Sicilia.
 habitos esse ab inuitis: Hic tibi etiā multo magis, q̄ ante in aratoribus videndū & conside-
 randū est, quid velis: magna res est. Vtrum tibi Siculos publice priuatimq̄ amicos, an inimi-
 cos existimari vis: Si inimicos, † quid te futurum est: quo cōfugies: vbi nitere: modo aratorū † quid de te
 honestissimorū hominū, & locupletissimorū maximū numerum abs te abalienasti. nunc de tibi futurū
 Siculis ciuitatibus quid ages: dices tibi Siculos esse amicos: qui poteris: Qui, qđ nullo in ho- † quid tibi
 mine antea fecerūt, vt in eū publice testimoniū dicerent, cum presertim ex ea prouincia con- futurum.
 demnati sint cōplures, qui ibi Prętores fuerūt, duo soli absoluti, huc conueniūt cum literis,
 veniunt cum mādatis, veniunt cū testimoniis publicis: qui si te publice laudarēt, tamē id mo-
 re potius suo, q̄ merito tuo facere viderētur: hī cum de tuis factis publice conquerūtur, nō
 ne hoc indicant: tātās esse iniurias, vt multo maluerint de suo more decedere, q̄ de tuis mo-
 ribus nō dicere: Confitēdum est igitur tibi necessario, Siculos inimicos esse: qui quidē & in
 te grauissima postulata Consulibus ediderūt, & me vt hanc causam, salutisq̄ sue defensionē
 suscipere, obsecrarunt. Qui cū a Prętore prohiberētur, a quattuor questoribus impedirent,
 omniū minas, atq̄ oīa pericula prę salute sua leuia duxerūt: qui priore actiōe ita testimonia Prę salute.
 grauitē, vehemētēq̄ dixerūt, vt Artemonē Centuripinum legatū, & publice testē, Q. Hor-
 tensius accusatorem, nō testem esse diceret. Etenim cū propter virtutē, & fidē cum Androne
 homine honestissimo, & certissimo, tum etiā ppter eloquentiā legatus a suis ciuibus electus
 est, vt posset multas istius, & varias iniurias q̄apertissime vobis, planissimeq̄ explicare. Dixe-
 runt Halefini, Catinēses, Tyndaritani, Ennēses, Herbitenses, Agyrinēses, Netinenses, Segesta-
 ni: numerare oēs nō est necesse, scitis q̄ multi & q̄ multa priore actione dixerūt. nunc & illi
 & reliqui dicent. Omnes deniq̄ hoc in hac causa intelligent, hoc animo esse Siculos, vt si in
 istum animaduersum nō sit, sibi relinquēdas domos, ac sedes suas, & ex Sicilia decedendum,
 atq̄ adeo fugiendū esse arbitrentur. Hos homines tu persuadebis, ad honores, atq̄ ampli-
 tudinē tuam pecunias maximas voluntate sua contulisse: Credo qui te in tua ciuitate inco-
 lumē esse nollent, ii monimēta tue † forme, ac noīs in suis ciuitatibus esse cupiebāt. Res decla- † fortunę
 rauit, vt cupierint. iandudum em̄ mihi nimium tenuiter Siculorū erga te volūtatis argumē- Tenuiter.
 ta colligere videor, vtrum statuas voluerint tibi statuere, an coacti sint. De quo hoīe auditū
 est vnq̄, qđ tibi accidit: vt eius in puincia statuę in locis publicis posite, partim etiā in adia- Partim.
 bus sacris, per vim per vniuersam multitudinē deiicerētur: Tot homines in Asia nocētes, tot
 in Aphrica, tot in Hispania, Gallia, Sardinia, tot in ipsa Sicilia fuerūt: ecquō de homine hoc
 vnq̄ audiuius: Nouū est Iudices, in Siculis quidē & in oibus Gręcis monstri simile. Nō cre-
 derem hoc de statuis, nisi iacentes, reuulsasq̄ vidissem: propterea q̄ apud oīes Gręcos hic
 mos est, vt honorē hoībus habitum in monimētis hmōi, nōnulla religione deorum conse-
 crari arbitretur. Itaq̄ cum Rhodiū bellum illud ppe soli superius cum Mithridate rege ges-
 serint, omēsq̄ eius copias, acerrimūq̄ eius impetū, a moenibus, littorib⁹, classibusq̄ suis exce-
 perint, cū & regis inimici preter ceteros essent, statuā eius, que erat apud ipsos in celeberrī-
 mo vrbis loco, ne tum qđem in ipsis vrbis periculis attigerūt. Forsitan vix cōuenire viderēt,
 quem ipsum hominē cuperent euertere, eius effigiem simulacrūq̄ seruare. Sed tamē videbā,
 apud eos cū essem, & religionē esse quandā in his rebus a maioribus traditam, & hoc dispu-
 tare: cū statua se eius habuisse temporis rationē, quo posita esset: cum hoīe vero, quo gere-
 ret bellum, atq̄ hostis esset. Videtis igitur consuetudinē, religionēq̄ Gręcorū, que monimen-
 ta hostium in bello ipso soleat defendere, eā summa in pace Prętoris popul. Ro. statuis prę-
 sidio nō fuisse. Taurominitani, quorū est ciuitas fœderata, homines quietissimi, qui maxime
 ab iniuriis nostrorū Magistratuum remotissimi cōsueuerant esse pręsidio fœderis, hī tamen
 istius euertere statuam non dubitarunt. Qua ablata, basin tamen in foro manere voluerūt, Maxime re-
 motissimi.
 q̄ grauius in istum fore putabant, si scirent hoīes statuā eius a Taurominitanis esse deiectā,
 q̄ si nullā vnq̄ positam arbitrarētur. Tyndaritani deiecerunt in foro, & eadem de causa equū
 inanem reliquerūt. Leontini misera in ciuitate, atq̄ inani, tamē istius in Gymnasio statua de-
 iecta est. Nā quid ego de Syracusanis loquar, qđ nō est proprium Syracusanorū, sed & illoꝝ
 cōmune, & conuentus illius, ac prope totius prouincię: Quāta illuc multitudo, quanta vis

Actio. III.

hoim cōuenisse dicebatur, tum cū statue sunt illius deiecte, atq; euerse. At quo loco? ceber rimo, ac religiosissimo, ante ipm Sepim, i primo aditu, vestibuloq; tēpli. Q; nisi Metell⁹ hoc tam grauius egisset, atq; illā imperio, edictoq; phibuisset, vestigiū statuarū istius in tota Sicilia nullū esset relictū. Atq; ego hoc nō vereor, ne qd horū nō modo impulsu, verū oīno aduentu meo factū esse videat. omnia ista ante facta sunt, nō modo q̄ ego Sicilia, verū etiam q̄ iste Italia attingit. Dū ego in Sicilia sum, nulla statua deiecta est. Posteaq; illinc discessi, q̄ sunt gesta, cognoscite. Centuripinorū Senatus decreuit, populuscq; iussit, vt que statue C. Verris ipsius, & patris, & filii essent, eas questores demoliēdas locarent: dūq; ea demolitio fieret, Senatores, XXX. nō min⁹ adessent. Videte grauitatē ciuitatis, & dignitatē, neq; eas i vrbe sua statuas esse voluerūt, quas inuiti per vim atq; imperiū dedissent, neq; eius hoīs, in quem ipsi cū grauiissimo testimonio, qd nunq̄ antea, Romā mandata, legatosq; misissent. & id grauius esse putauerūt, si publico cōsilio, q̄ si per vim multitudinis factū videret. Cū hoc cōsilio statuas Cēturipini publice sustulissent, audit Metellus, grauius fert, euocat ad se Centuripinū magistratū, & decē primos: nisi restituisset statuas, vehemēter iis minat. Illi ad Senatū renūciāt: statue, q̄ istius causē nihil pdesent, reponūtur. Hic ego aliud aliū cōcedo: Metello homini sapiētī prsus nō possum ignoscere, si qd stulte facit, qd: ille hoc putabat Verrī criminofū fore, si eius statue essent deiecte: qd sepe v̄to, aut aliquo casu fieri solet. Nō erat in hoc neq; crimē vllū, neq; rephēsiō. Ex quo igit crimē, atq; accusatio nascit: ex hoim iudicio, & volūtate. Ego, si Metellus statuas reponere Cēturipinos nō coegisset, hęc dicerem. Videte Iudices quantū, & q̄ acerbū dolorē sociorū, atq; amicorū aīs inusserint isti⁹ iniurię, cū Cēturipinorū amicissima, & fidelissima ciuitas, q̄ tāris officiis cū Po. Ro. cōiūcta est, vt nō solū Rēp. nostrā, sed etiā in quouis hoīe priuato nomē ipm Romanorū semp dilexerit, ea publico cōsilio, atq; auctoritate iudicari, C. Verris statuas esse in vrbe sua nō oportere. Recitarē decreta Cēturipinorū: laudarē illā ciuitatē, id qd verissime possem: cōmemorarē. X. millia ciuiū Cēturipinorū, fortissimorū, fidelissimorūq; sociorū: eos oēs statuisse monimentū istius in sua ciuitate nullū esse oportere. Hęc tum dicerē, si statuas Metellus nō reposuisset. velim querere nūc ex ipso Metello, quidnā sua vi, & auctoritate mihi ex hac oratione pcederit. eadē opinor omnia cōuenire. Neq; em si maxime statue deiecte essent, eas ego vobis possem iacētes ostēdere: hoc vno vterer, ciuitatē tā graue statuas iudicasse C. Verris demoliēdas. Hoc mihi Metellus nō eripuit: hoc etiā addidit, vt quereret, si mihi videret, tā iniquo iure sociis, atq; amicis imperari, vt iis, ne in suis qdē beneficiis, libero iudicio vti liceret: vt vos rogarē, vt cōiecturam faceretis, qualē in iis rebus in me L. Metellū fuisse putaretis, in qbus rebus obesse mihi posset, cū in hac re tā aperta cupiditate fuerit, i qua nihil obfuit. Sed ego Metello nō irascor, neq; ei suā purgatiōnē eripio, qua ille apud oēs vtitur, vt nihil malitiose, neq; cōsulto fecisse videat. Iā igitur est ita p̄p̄tū, vt negare nō possis, nullā tibi statuā volūtate cuiuscūq; datā, nullā pecuniā statuarū noīe nisi vi expressam, & coactā. Quo qdē i crimine nō illud solū inteligi volo, te ad statuas, HS. CXX. millia coegisse, sed multo etiā illud magis, qd simul demōstrandū est, quātū odiū in te aratorū, quantū omniū Siculorū sit, & fuerit. in quo qua vestra defensio futura sit, cōiectura assequi nō queo. Oderūt Siculi. Togatorū em causa multa feci. At hi qdē acerrimi, inimicissimiq; sunt. Inimicos habeo ciues Ro. q; sociorū cōmoda, ac iura defendi. At socii in hostiū numero se abs te habitos querūtur. Aratores inimici sunt ppter decumas. Quid: q agros imunes, liberosq; arāt, cur oderūt? cur Halesini? cur Cēturipini? cur Segestani? cur Halicyenses? Qd genus hoim, quē numerū, quē ordinē pferre possis, q te non oderit? siue ciuiū Ro. siue Siculorū: vt etiā si causam, cur te oderit, nō possim dicere, tñ illud dicendū putē: quē oēs mortales oderint, eū quoq; vobis odio esse oportere. An hoc dicere audebis? vtrū de te aratores, vtrū deniq; Siculi vniuersi, bene existiment, ad rē id nō pertinere? Neq; tu hoc dicere audebis, neq; si cupies, licebit. Eripuit tibi istā orationē cōtemnēdorū Siculorū, atq; aratorū, statue ille equestres, quas tu paulo ante, q̄ ad vrbe venires, poni iscribiq; iussisti, vt oīm inimicorū aīos accusatorūq; tardares. Quis, n. tibi molestus esset, aut qs appellare auderet, cū videret statuas ab negotiatorib⁹, ab aratorib⁹, a cōmuni Sicilia: qd est aliud in illa puīcia genus humanū: nullū, ergo ab vniuersa puīcia, generatimq; a singulis ei⁹ partibus nō solū diligit, sed etiā ornat. Quis hūc attingere audeat? Potes igit dicere, nihil tibi obesse oportere aratorū, negotiatorū, Siculorūq; omniū testimonia, cū eorum noībus in statuarū inscriptione positis oēm te sperabas inuidiā, atq; infamiā tuā extinguere posse? An quo

rum auctoritate tu statuas cohonestare tuas conatus es, eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero: nisi forte, quod apud publicanos gratiosus fuisti, in ea re spes te aliam qua consolatur, quae gratia ne quid tibi prodesse possit, ego mea diligentia perfecit: ut etiam obesse deberet, tu tua sapientia curasti. Etenim rem totam Iudices breuiter cognoscite. In scriptura Siciliae per Magistrum est quidam L. Carpinatius, qui & sui questus causa, & fortasse quod sociorum interesse arbitrabatur, bene penitus in istius familiaritatem sese dedit. Is cum Praetorem circum omnia fora sectaretur, neque ab eo unquam discederet, in eam iam venerat familiaritatem, consuetudinemque in vendendis istius decretis, & iudiciis, transigendisque negotiis, ut pro alter Timarchides numeraretur. Hoc erat etiam capitalior, quod idem pecuniam eius, qui ab isto aliquid mercabantur, foenori dabat. Ea autem foeneratio erat huiusmodi Iudices, ut etiam hic questus huic cederet. Nam quas pecunias ferebat is expensas, quibuscumque contrahebat, aut scribere istius, aut Timarchidi, aut etiam ipsi referere acceptas. Idem praeterea pecunias istius extraordinarias grades suo nomine foenerabatur. Hic primo Carpinatius antequam in istius tantam familiaritatem peruenisset, aliquoties ad socios literas de istius iniuriis miserat. Canuleius vero, qui in portu Syracusis operas dabat, furta quoque istius multa nominatim ad socios perscripserat ea, quae sine portorio Syracusis erant exportata: portum autem, & scripturas eadem societas habebat. Ita factum est, ut essent multa, quae ex societatis literis dicere in istum, ac proferre possemus. Verum accidit, ut Carpinatius, qui iam cum isto summa consuetudine, praeterea ratione coniunctus esset, crebras postea literas ad socios de istius summis officiis in rem communem, beneficiisque mitteret. Etenim tum iste omnia quaecumque Carpinatius postulabat, facere, ac decernere solebat, tum ille etiam plura scribebat ad socios, ut, si posset, quae antea scripserat, ea plane extingueret. Ad extremum vero, cum iste iam decedebat, eiusmodi literas ad eos misit, ut huic frequenter obuiam prodiret, gratiasque agerent, facturos esse, si quid imperasset, studiose polliceretur, itaque socii fecerunt: veterem institutum publicanorum, non quo istum villo honore dignum arbitrareretur, sed quod sua interesse putabant, se memores gratosque existimari, gratias isti egerunt, Carpinatium sepe ad se de eius officiis literas misisse dixerunt. Iste cum respondisset, ea se libenter fecisse, operasque Carpinatii magno opere laudasset, dat amico suo cuidam negotium, qui tum magister erat eius societatis, ut diligenter caueret, atque prospiceret, ne quid esset in literis sociorum, quod contra suum caput atque existimationem valere posset. Itaque ille multitudine sociorum remota, Decumanos conuocat, rem defert. Statuunt illi, atque decernunt, ut haec litterae quibus existimatio C. Verris lederetur, remouerentur: operas daretur, ne ea res C. Verris fraudi esse posset. Si ostendo hoc decreuisse Decumanos, si planum facio hoc decreto remotas esse literas, quid expectatis amplius? possum ne rem magis iudicatum afferre? magis reum condemnatum in iudicium adducere? At quoque iudicio condemnatum: nempe eorum, quos hi, qui seueriora iudicia desiderant, arbitror reos iudicari oportere, publicanorum iudicio: quos videlicet nunc populus iudices postulat: de quibus, ut eos iudices habeamus, legem ab homine non nostri generis, non ex equestri loco profecto, sed nobilissimo promulgatam videmus: Decumani, hoc est principes, & quasi Senatores publicanorum, remouendas de medio literas censuerunt. Habeo ex his qui affuerunt, quos producam homines honestissimos, ac locupletissimos, istos principes, Equestri ordinis, quoque splendore vel maxime istius, qui legem promulgauit, oratio, & causa nitatur. Venient in medium, dicent quid statuerint: profecto si recte homines noui, non mentientur. Literas enim communes de medio remouere potuerunt, si aedem suam, & religionem remouere non possunt. Ergo equites Romae te suo iudicio condemnari non luerunt. Vos nunc utrum illorum iudicium, an voluntatem sequi malitis, considerate. At vide, quod te amicorum tuorum studium, quid tuum consilium, quod sociorum voluntas adiuuet. Dicam paulo amplius. Neque enim iam vereor, ne quod hoc me magis accusatorie, quam libere dixisse arbitretur. Si istas literas non decreto Decumanorum Magistri remouissent, tantum possem in te dicere, quantum in literis inuenissem. Nunc decreto isto facto, literisque remotis, tantum mihi licet dicere, quantum possum, tantum iudicium suspicari, quantum velint. Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpure, plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam, multam Deliacam suppellectilem, plurima vascula Corinthia, magnam numerum frumenti, vim mellis maximam, Syracusis exportasse. his pro rebus, quod portorium non esset datum, literas ad socios misisse L. Canuleium, qui in portu operas daret. Satis ne magnam hoc criminem videt? nullum opinor maius. Quid defendet Hortensius? postulat ut literas Canuleii proferat: criminem huiusmodi nisi literis confirmetur, inane esse dicet: Clamabo literas remotas esse de medio, decreto sociorum erepta mihi esse istius iudicia,

Gratiosus.

Capitalior

Expensum

ferre & ac.

Dare.

Decumani

Vestis

Melitensis.

Dare operas.

Actio. III.

ac monimenta furtorū. Aut hoc cōtendat nunq̄ esse factū, aut om̄ia tela excipiat necesse est. Negas esse factū: placet mihi ista defensio. descēdo. equa em̄ cōditio, equumq; certamē pponitur. producā testes, & producā plures eodem tēpore: qm̄ tum, cū actū est, vna fuerūt, nunc quoq; vna sunt. cū interrogabūtur, obligētur nō solū iurisiurandi, atq; existimatiōis periculo, sed etiā cōmuni inter se cōsciētia. si planū sit, hoc ita, quēadmodū dico, esse factū, nō poteris dicere Hortēsi, nihil in istis fuisse literis qd̄ Verrem lēderet. Nō modo id non dices, sed ne illud qdem tibi dicere licebit, tantū, quātū ego dicā, nō fuisse. Ergo hoc vestro cōsilio, & gratia p̄fecistis, vt, quēadmodum pauloante dixi, & mihi summa facultas ad accusandū dare, & iudicibus libera potestas ad credendū. Qd̄ cū ita sit, nihil fingā tamen, meminero me non sumpsisse quē accusarem, sed recepisse qd̄ defenderē. vos ex me causam nō a me prolatā, sed ad me delatam audire oportere: me Siculis satis esse facturū, si quē cognouī in Sicilia, quē accepi ab ipsis, diligēter exposuero: Po. Ro. si nullius vim, nullius potentiā pertimero: vobis, si facultatē vere, atq; honeste iudicādi, fide, & diligētia mea fecero: mihi in eo, si ne minimū quēdem de meo curriculo vitē, qd̄ mihi semper p̄positū fuit, decessero. Quapropter nihil est, qd̄ metuas, ne quid mecū fingā, etiā qd̄ lētere habes. Multa. n. quē scio abs te esse cōmissa, q̄ aut nimīū turpia, aut parū credibilia sunt, p̄termittā. tantū agam de hoc toto noīe societatis, vt eā scire possitis. quērā decretum ne sit: cū id inuenero, quērā remotē ne sint literę: cum id quoq; constabit, vos iam me tacito intelligētis, si illi, qui hoc istius causa decreuerunt, equites Ro. nunc iidē in eū Iudices essent, istū sine dubio condēnarent, de quo literas eas, q̄ istius furta indicārēt, & ad se missas, & suo decreto remotas scirēt esse. Quē igitur ab iis equitibus Ro. qui istius causa cupiūt oīa, qui ab eo benignissime tractati sunt, cōdemnari necesse esset, is a vobis Iudices nulla vi, aut ratione absolui pōt. Ac ne forte ea quē remota de medio, atq; erepta vobis sunt, omnia ita cōdita fuisse, atq; ita abdite latuisse videātur, vt hac diligentia, quā ego a me expectari maxime puto, nihil horū inuestigari, nihil asseq; potuerit, quē cōsilio aliquo aut ratione inueniri potuerūt, inuenta sunt Iudices: manifestis in rebus hoīem iā teneri videbitis. Nā q̄ in publicanorum causis vel plurimū atatis meę verfor, vehemēterq; illū ordinē obseruo, satis cōmode mihi videor eorū consuetudinē vsu, tractandoq; cognouisse. Itaq; vt hoc comperi, remotas esse literas societatis, habui rationem annorū, per quos iste in Sicilia fuisset: deinde quæsiui, qd̄ erat inuentu facillimū, qui per eosdē annos Magistrī istius societatis fuissent. sciebā em̄ hanc Magistrorū, q̄ tabulas haberent, cōsuetudinē esse, vt cum tabulas nouo Magistro traderēt, exēpla literarū ipsi habere nō nollēt. Itaq; ad L. Vibium Equitē Ro. virū primariū, quem reperiebā magistrum fuisse eo ipso anno, qui mihi maxime quærendus erat, primū veni. Sane homini p̄ter opinionē improuiso incidi, scrutatus sum quæ potui, & quæsiui, omnia, inueni duos solos libellos ab L. Canuleio missos sociis exportu Syracusis, in quibus erat ratio scripta mensū cōpluriū, rerū exportatarū istius nomine sine portorio. itaq; obsignauī statim. Erant hæc ex eo genere, qd̄ ego maxime genus ex sociorū literis reperire cupiebam. verū tantū inueni iudices, qd̄ apud vos quasi exempli causa proferre possem: sed tamen quicquid erit in his libellis, quantulūcūq; videbitur esse, hoc quidē certe manifestū erit. de cæteris ex hoc coniecturā facere debebitis. Recita mihi quæso hūc primū libellū. deinde illū alterū Libellū, Canuleiū. Iā non quæro vnde CCCC. amphoras mellis habueris, vnde tantā Melitensem vestem, vnde quinquaginta tricliniorū lectos, vnde tot candelabra: non inquā iā quæro vnde hæc habueris, sed quo tibi tantū opus fuerit, id quæro. Mitto de melle, sed tantū ne Melitensium: quasi etiā amicorū vxores. tantū lectorum: quasi etiam omnium istorū villas ornaturus esses. Cū hæc paucorū mensium ratio in his libellis sit, facite vt vobis triennū totius veniat in mētē. Sic cōtendo: ex his paruis libellis apud vnū magistrū societatis repertis, vos iam cōiectura assequi posse, cuiusmodi p̄do iste in illa provincia fuerit, q̄ multas cupiditates, q̄ varias, q̄ infinitas habuerit, quantā pecuniā nō solum numeratā, verū etiā in huiuscemodi rebus positā confecerit: q̄ nobis alio loco planius explicabuntur. Nunc hoc attendite, his exportatiōibus, quę recitatę sunt, scribit HS. LX. socios p̄didisse ex vicefima portorii Syracusis. Pauculis igit mensibus, vt hi pusilli, & contēpti libelli indicant, furta p̄toris, quę essent HS. duodecies, ex vno oppido solo exportata sunt. Cogitate nunc, cū illa sit hæc insula, quæ vndiq; exitus maritimos habeat, qd̄ ex cæteris locis exportatū putetis: quid Agrigento: qd̄ Lilybēo: qd̄ Panormo: qd̄ Thermis: qd̄ Halesa: quid Catina: qd̄ ex cæteris oppidis: qd̄ vero Messana: quē iste sibi locū maxime tutū arbitrabat, vbi animo

semper soluto liber oq; erat: q; sibi iste Mamertinos delegerat, ad quos omnia que aut diligē-
 tius seruanda, aut occultius exportāda erāt, deportaret. His inuēris libellis, ceteri remoti, &
 diligentius sunt reconditi. Nos tamē, vt omnes intelligāt hoc nos sine cupiditate agere, his
 ipsis libellis contenti sumus. Nūc ad sociorū tabulas accepti, & expensi, quas remouere hone-
 ste nullo modo potuerūt, & ad amicū tuū Carpinatiū reuertemur. Inspiciebamus Syracūsis
 a Carpinatio confectas tabulas societatis, que significabant multis nominibus eos homines
 versuram a Carpinatio fecisse, qui pecuniā Verrī dedissent. Erit vobis luce clari⁹ Iudices, cū
 eos ipsos pduxero, qui dederūt. Intelligetis em̄ illa tēpora, per que, cū essent in periculo, pre-
 cio sese redemerunt, cū societatis tabulis nō solū Consulibus, verū etiam mensibus conueni-
 re. Cū hęc maxime cognosceremus, & iā in manibus tabulas haberemus: repēte aspiciamus li-
 turas eiusmodi, quasi quedā vulnera tabularū recentia. Statim suspitione offensi, ad ea ipsa
 nomina oculos animūq; transfulimus. Erāt acceptę pecunię a C. Verrutio, sic tamen, vt vsq;
 alterum r, literę cōstarent integre, reliquę omnes essent in litura. Alterū, tertiū, quartū, pmul-
 ta erāt eiusmodi nomina. Cū manifesta res, cū flagitiosa tabularū, atq; insignis turpitudine te-
 neretur, querere incepimus de Carpinatio, quisnā esset is Verrutius, qui tū tāte pecunię ra-
 tionē haberet! herere homo, auersari, rubere. Q; lege excipiunt tabulę publicanorū, quo mi-
 nus Romā deportent, vt res q̄maxime clara, ac testata esse posset, in ius ad Metellū Carpina-
 tiū voco, tabulasq; societatis in forū defero. Fit maximus cōcurfus hominū, & q; erat Car-
 pinatiū nota cū isto Prętorē societas, ac sceneratio, summe expectabāt omnes, qd in tabulis cō-
 tineretur. Rem ad Metellū defero, me tabulas p̄pexisse socioꝝ, in his tabulis magnā rationē
 C. Verrutiū permultis noibus esse, meq; hoc perspicere ex Consulū mensiūq; rōne: hunc Ver-
 rutium neq; ante aduentū C. Verris, neq; post decessionē, quicq; cū Carpinatio rōnis habuif-
 se. Postulo mihi respondeat, qui sit iste Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius! in Sici-
 lia sit! an decesserit! Clamare oēs ex conuētu, neminē vnq; ex Sicilia fuisse Verrutiū. Ego in-
 stare, vt mihi respōderet, vbi esset! quis esset! vnde esset! cur seruus societatis, qui tabulas cō-
 fecerit, semper in Verrutiū nomine certo ex loco mendosus esset! Atq; hęc postulabam, non
 quo illū cogi putarē oportere, vt ea mihi respōderet inuitus, sed vt oibus, istius furta, illius
 flagitiū, vtriusq; audacia perspicua esse posset. Itaq; illū iniurię metu, cōsciētiaq; peccati mu-
 tum, atq; exanimatū, ac vix viuū relinquo, tabulas in foro summa hoīm frequētia exscribo,
 adhibētur in exscribēdo de cōuentu viri primariū: literę lituręq; omēs assimulatę, expressę,
 de tabulis in libros transferūtur. Hęc omnia summa cura, & diligentia, recognita & collata, &
 ab hoibus honestissimis obsignata sunt. Si Carpinatiū tū mihi respōdere noluit, responde
 mihi nunc tu Verres, quē esse hūc, tuū pene gentilē, Verrutiū putes! Fieri nō potest, vt quē
 video te Prętorē in Sicilia fuisse, & quē ex ipsa rōne intelligo locupletē fuisse, eum tu in tua
 prouincia nō cognoris. Atq; adeo hoc ne longius, aut obscurius esse possit, procedite in me-
 dium, explicare descriptionē, imaginēq; tabularū, vt omnes mortales istius auaritię non iam
 vestigia, sed ipsa cubilia videre possint. Videtis Verrutiū! videtis primas literas integras! vi-
 detis extremā partē noīs caudam illam Verris tanq; in luto demersam esse in lituras! Sic ha-
 bent se tabulę Iudices, vt videtis. Quid expectatis! Quid queritis amplius! Tu ipse Verres qd
 sedes! Quid moraris! Nā aut exhibeas nobis Verrutiū necesse est, aut te esse Verrutiū fatea-
 re. Laudant oratores veteres Crassi illi, & Antonii, q; crimina diluere dilucide, q; copiose reo-
 rum causas defendere solebāt. Nimirū illi, nō ingenio solū his patronis, sed fortuna etiā p̄sti-
 terūt. Nemo. n. tūc ita peccabat, vt defensionī locū nō relinqueret: nemo ita viuebat, vt nulla
 eius vitę pars summe turpitudinis esset expertus: nemo ita in manifesto peccato tenebatur, vt
 cum impudens fuisset in facto, tum impudētior videret, si negaret. Nūc vero qd faciat Hor-
 tensius! auaritię ne crimina frugalitatis laudibus deprecet! At hominē flagitiosissimū, libi-
 dinosissimū, nequissimūq; defendit. An ab hac eius infamia, nequitia, vestros animos in aliā
 partem fortitudinis cōmemoratione traducat! At homo inertior, ignauior, magis vir inter
 mulieres, q; impura inter viros muliercula, p̄ferri nō potest. At mores cōmodi, quis cōtuma-
 cior! quis inhumanior! quis superbior! at hęc sine cuiusq; malo, quis acerbior! quis infidiosior!
 quis crudelior vnq; fuit! In hoc hoīe, atq; in eiusmodi causa, quid facerent oēs Crassi, & An-
 tonii! tantū opinor Hortensii, ad hanc causam nō accederent, neq; in alterius impudētia sui
 pudoris existimationē amitterent. Liberi em̄ ad causas, solutiq; veniebāt, neq; cōmittebant,
 vt si impudētes in defendēdo esse noluisent, ingrati in deserendo existimarētur.

Tcodam,

Oratorum
veterum
laus,